Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0002-6

1830.
h 2 921
59.
1638 2
24

SACROSANCTA TRIADE
ANNUENTE
ET
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
In celeberrima & Florentissima ad Albim
Academia consentiente
DISPUTATIONEM JNAUGURALEM
DE

EXCEPTIONI-
BUS DILATORIIS.

SUB PRÆSIDIO
Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi,
Clarissimi

DN. HENNINGII Grossen/ J. U. D.

Prof. Publ. Curiæ Electoralis & Facultatis Juridicæ
nec non Judicii Provincialis per Inferiorem Lusatiam Ad-
sessoris longè dignissimi Illustrissimæq; viduæ Elect. Saxon. in
Lichtenburg &c. Consiliarii gravissimi, Præceptoris, Promo-
toris, Patroni & Affinis sui dilectissimi & nunquam
intermoriturâ filiali observantiâ sub-
missè venerandi

PRO SUMMO IN UTROQUE JURE GRADU ET
Privilegiis ac Insignibus Doctoralibus consequendis.
Publicè examinandam proponit

MICHAEL LEDERERUS VVITTEB.

Ad d. 10 *Maji Horis ante & pomeridianis*
In Acroaterio Majori.

WITTEBERGÆ
Exscripta Typis JOBI WILHELMI FINCELII,
Anno M DC XXXVIII.

30.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0004-7

922

PRÆLOQUIUM.

SI qua materia in Jure noſtro, quale Sacratiſsimus Imperator Juſtinianus concinnatum reliquit & quo etiamnum hodie in plerisq; Chriſtiani orbis partibus, maximè verò in Imperio Romano utimur, propter inſignem utilitatem, dignitatem & amplitudinem commendari atq; extolli jure poteſt, haud poſtremam, inter primarias, quibus ejusmodi encomium convenientiſsimè attribuere licet, eſſe materiam exceptionum, vel me tacente res ipſa loquitur & experientia rerum magiſtra ſatis ſuperq; demonſtrat. Nam latiſsimum hujus materiæ campum eſſe, exinde luce meridianâ clariùs apparet, quod latior ſit excipiendi, quàm agendi facultas, cum omnibus, quibus actio, iisdem multò magis exceptio competat *l. 1. §. is autem 4. ff. de ſuperfic. l. Invitus 156. §. 1. ff. de R. J. c. qui ad agendum 71. de R. J. in 6. Roland. à Valle conſil. 17. n. 7. vol. 4 Joh. Zang. in tr. de except. p. 3. c. 13. n. 35.* non autem econtra. Quamplurimæ namq; perſonæ actionem intentare vetantur, quibus exceptionibus uti non eſt prohibitum *c. dilecti filii 8. X. de except. c. intelleximus 7. X. de judic. VVeſenbec. in ſupplem. ad Scheidewin. Inſtit. h. tit. n. 5.* Quin & ſi originem exceptionum inſpicias, ipſa natura exceptionem tanquam ſpeciem defenſionis *l. defenſiones 11. C. de except. c. cum inter §. ibi: legitima defenſio in judicio reſervatur c. dilecti 5. ibi: nequaquam à defendendo repelle-*

repelleret X. de except. prodidit Cic. lib. 1. offic. ubi inquit generi animantium omni à natura attributum esse, ut se vitamq; suã & corpus tueantur, avertantq́, ea, quæ sibi nocitura videntur. Nam sicut actio est telum *Cujac. in ϖ. h. tit.* ita exceptio clypeus & aries quo actio infringitur *Vultejus Instit. h. tit. n. 2.* & sicut in prælio castrensi tela hostium avertentes clypeis excipimus, ita & in bello forensi intentionem actoris excipimus, id est submovemus, ut propterea exceptio nihil aliud sit, quam teli ab actore emissi propulsio *Don. ad rubr. C. de except. n. 11.* Cujus defensionis facultas cum nulli sit deneganda ne excommunicato quidem & bannito *Gail. in tr. de pac. public. c. 12. n. 19. & seq.* nec diabolo si in judicio versaretur *Ayrer in proceß. historic. p. 1. c. 6. obs. 2. n. 6. Johann. Meichsner. Tom. 3. decis. Comeral. 13. n. 7.* In tantum, ut judex non admittens exceptiones puniatur perinde atq; non admittens defensiones veræ innocentiæ *Ayrer. d. loc. n. 7.* operæ pretium duxi hanc juris nostri partem non modò utilissimam & amplissimam, verùm etiam in foro nostro, uti satis cognitum perspectumq́; habent illi, qui vel mediocriter saltem in controversiis judicandis versati sunt, frequentissimam sub disquisitionis incudem revocare eamq́; pro viribus ingenii hac vice ventilare constitui. Cum autem tunc demum universa gerantur benè & decenter, si rei principium decens sit & amabile Deo, ut inquit Justinianus in *Nov. 6.* nec nos nisi invocato priùs divini ut numinis auxilio, præstò nobis, dux & comes esse velit, pensum nostrum aggredimur, sit itaq;.

THESIS

THESIS I.

Priusquam ipsam materiam exceptionum dilatoriarum secundum methodum à plerisq; obsservatam tractandam susscipio, instituti ratio postulat, antea pauca quædam de notatione & interpretatione verbi exceptio juxta mentẽ JCti Ulpiani (*a*) referre. Dicitur autem exceptio ab excipiendo (*b*) & varia ejus in jure nostro traduntur synonima (*c*).

(*a*) *In l. 1. ff. de just. & jur.* ubi hæc habentur verba juri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen juris descendat.

(*b*) Vocabulum exceptio diversas recipit significationes, quandoq; enim denotat accipere, arripere, complecti, ut excipere literis, hospitio, gratia, excipere sententias mandata, excipere dolores, molestias, & id genus alia, quæ apud Ciceronem rei latinæ patrem & principem multis in locis reperiuntur. Quandoq; verò significat eximere aliquid de regula vel excludere *Cic. lib. 6. ad Attic.* per aliquem aliquid excipere *lib. 1. de divinat.* excepi de antiquis præter Xenophontem neminem.

(*c*) Vocantur exceptiones in jure nostro etiam præscriptiones, cujus exemplum habemus *in l. pen. C. de pact. & l. pen. & ult. C. de except.* ubi exceptio declinatoria fori appellatur præscriptio, sic exceptio rei judicatæ dicitur præscriptio in *l. quoties 11. ff. de except.* transactionis in *l. qui cum tutoribus 9. in pr. ff. de transact.* plura exempla vide in *l. 8. C. de except. & l. quoties 2 C. de precib. Imp. offerend. l. contra 16.*

C. de inoffic. testam. l. ita 13. *C. de procurat.* Unde inscriptio *tit.* 1. *lib.* 44. *ff.* sic concipitur, de except. præscript. & præjudic. Præsertim verò *tit.* 26. *lib.* 8. *Codic.* ubi interponitur particula seu de except. seu præscript. quæ easdem res proponi declarat *Donell. lib.* 22. *com. c.* 1. Præscriptionem autem nihil aliud esse, quàm exceptionem exinde colligitur, quod præscribere propriè significet quid antè scribere, Hinc per metaphoram usurpatur, pro dictare & ostendere alicui quomodo se gerat & quid facto sit opus. Id, quod facere videtur omnis reus, qui se exceptione defendit, dum dictat & præscribit actori quomodo intentionem concipere aut actionem sibi dari, postulare debuerit *Donell. d. c.* 1. *Johan. Zanger. in tr. de except. p.* 1. *c.* 3. *n.* 28. *& seq. Bacov. in not. ad Treutler. vol.* 2. *disp.* 26. *thes.* 1. *lit. a.* Deinde exceptionis nomine veniunt, quoq; præjudicia prout innuit *tit. ff. de except, præscript. & præjudic.* Quod tamen verbum non tàm latè accipiendum est, qnàm exceptionis & præscriptionis, quia præjudicia tantùm actionibus minus principalibus opponuntur ex quibus præjudicium oritur principalioribus, quæ causam majorem continent *l. generaliter* 12. *& ibi gl. & Dd. l. fundi* 18. *ff. de except. Zang. intr. de except. d. c.* 3. *n.* 31. *& seq.*

II.

Est itaq; exceptio generaliter ita dicta, defensio, (*a*) quâ certis & justis ex causis auxilium reo tribuitur adversus intentionem actoris (*b*). In specie autem exceptio dilatoria est, quæ ad tempus nocet & temporis dilationem tribuit.

(*a*) Sub exceptione ἐν πλάτει continetur omnis defensio *l. defensiones* 11. *C. h. tit. Dd. in rubric. ff. & X. eod.* & passim

passim defensiones pro exceptionibus sumuntur in *l. cum nondum. 4. l. siquidem 9. d. l. 11. C. h. tit. l. sed etsi 52. pr. ff. de judic. l. sufficit 56. ff. de condict. indebit l. 1. C. de jur. & fact. ignor. c. cum inter 5. c. dilecti 8. X. h. tit. Hilliger. in not. ad Donell lib. 22. com. c. 1 lit. c.* licet propriè ita appelletur, quod reus eam ad excludendam vel differendam actionem objiciat *l exceptio 2. & l. exceptio 22 ff. eod.* Unde Dd. statuunt, eum qui simpliciter negat non videri excipere *Bald. & Felin. in rubr. de except. Bald. in l. 1. C. de jur & fact. ignor. Wesenbec. in com. ad tit. C. de except. n. 2. & in supplem. ad Schneidewin. tit. de except n. 2. Cujac. ad l. 17 §. 2. ff. de pact. Rutger Ruland. in tr de commiss. p. 4. lib. 8. c. 6 n. 1.* Exceptionis enim meræ negantis nulla est probatio. Exceptio verò â reo est probanda *Cujac. ad l. 2. ff. de probat. Hilliger. ad Don. d. lib. 22. com. c. 1. lit. b.*

(b) *l. 4. verb. integras defensiones l. siquidem 9. l. non exceptionibus 10. C. de except. Wesenbec. in com. ad tit. C. de except. n. 2. Zang. in d. tr. de except. p. 1. c. 3. n. 24.* vel ut *Jacob. Cujac. in π.* succinctè definit, inquiens, exceptionē esse allegationem reo competentem. Aliter describitur exceptio ab Ulpiano in *l. exceptio dicta 2. ff. de except.* quod sit actionis exclusio, quæ opponi actioni cujusq; rei solet, ad excludendum id, quod in intētionē cōdemnationēvé deductū est, cui congruit definitio *Pauli in l. exceptio 22. ff. eod.* quod sit conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem. In qua definitione, dum Paulus vocat conditionem, intellexit veterem formulam; quâ sub conditione concipiebatur exceptio. Omnis enim exceptio regulæ subjecta conditionem habet, sub qua de regulâ aliquid eximitur, Unde *Don ad rubric. C. h. tit. n 11. & Hottom. ad pr. Instit. h. tit. & ibi Vultejus n. 7.* exceptionem vocant conditionem actioni insitam, quia â Prætore obtentam actionem suspendit, quæ conditionis natura est *Gœd. ad l. 1. ff. de V. S. n. 20.* paulò dilucidius rem illustrant & exponunt ea, quæ Imperator Justinianus *in pr. Instit. de except.* tradit, ubi dicit exceptio-

ceptiones esse comparatas reorum defendendorum gratiâ. Sæpe enim accidere, ut licet ipsa actio, quâ actor experitur, justa sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur. Effectus autem exceptionis consistit in iis definitionis verbis, ubi dicitur exclusio actionis. Oppositâ enim exceptione id consequitur reus, ut non magis teneatur, quàm si adversus eum nulla competeret actio, *l. exceptio* 2. §. *illud* 2. *ff. de except. l. palàm est* 2. §. 3. *& tt. ff. de dol. mal. except. l. creditori* 5. *C. de pact. Angel. ad rubr. Instit. de except. n.* 35. *Don. lib.* 22. *com. c.* 1. Quò tendit illud Jcti Pauli in *l. nihil interest* 112. *ff. de R. J.* Nihil interesse, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

III.

Species exceptionum ferè sunt infinitæ & tot, quot sunt genera actionum (*a*) præcipuæ tamen desumuntur vel â causa efficiente (*b*) vel â materia (*c*) vel â forma (*d*) vel deniq; & quidem principaliter â fine & effectu (*e*).

(*a*) Ut testatur *Rebuffus in tr. de except.* ubi 24. recenset: alii verò plures enumerant *Joh. Monach. in proces. tit. de except. c.* 3. *n.* 1. *Matth. Coler. ad rubric. tit. de except. n.* 10.

(*b*) Ratione causæ efficientis exceptiones dividuntur in civiles & Prætorias *Wesenbec. in com. ad tit. C. de except. n.* 4. *& in suppl. ad Schneidewin. n.* 4. *Bocer. class.* 6. *disp.* 12. *thes.* 6. *& seqq.* sic dictas, quod vel ex jure Civili, hoc est, ex ll. SCtis, plebiscitis vel Principum Constitutionibus descendant, quales vulgò habentur solutionis, novationis, exceptio SCti Vellejani *tt. ff. & C. ad SCtum Vellejan.* SCti Macedoniani *tt. ff. & C. ad SCtum Maced.* Exceptio declinatoria fori *l. pen. & ult. C. de except.* Exceptio divisionis inter plu-

res

res fidejussores §. *si plures* 4. *Instit. de fidejuss. l. fin. C. de constit. pec. Mynsing. ad §. hæc exempli* 6. *n.* 4. *Instit. de except.* vel quod ex jurisdictione Prætoria, id est, ex edicto Prætoris substantiam capiant *Mynsing. ad §.* 7. *Instit. h. tit. n.* 4. *&* 5. *Vult. Instit. h. tit. n.* 16. *Bocer. d. disp.* 12. *thes.* 6. quales sunt exceptio doli mali & metus *tt. de except. dol. mal. & met.* pacti de non petendo *§. præterea. ult. Instit. de except.* sicut enim civiles obligationes ab honorariis distinguuntur eæq; civiles appellantur, quæ aut legibus aut constitutionibus, aut alio certo jure Civili comprobatæ sunt §. 1. *Instit. de oblig.* & actionum quædam dicuntur civiles, ad differentiam earum, quas Prætor ex sua jurisdictione comparatas habet §. *sed istæ* 3. *Instit. de act. l. ult. ff. de constit. pec.* sic etiam exceptiones ex jure civili dependentes differunt ab iis, quæ à Prætoribus sunt concessæ *Wesenbec. in com. ad tit. C. de except. n.* 4. *& in supplem. ad Schneidewin. eod. n. Joh. Monachus in proces. p.* 5. §. *de except.* 6. *c.* 3. *n.* 1.

(*c*) Qualis est exceptio metus, doli, non numeratæ pecuniæ, juris jurandi, rei judicatæ *tt. ff. & C. quod met. caus. tt. C. de non num. pec. pr. & §. seqq. Instit. de except.* rei non traditæ *l. exceptiones* 20. *ff. h. tit.* precii non soluti *l. Julianus* 13. §. *offerri* 8. *ff. de act. emt.* transactionis *l.* 1. *C. de transact. Wesenbec. dd. loc. n.* 4. *Johann. Zang. in tr. de except. p.* 1. *c.* 3. *n.* 36.

(*d*) Quo respectu dividuntur in exceptiones justas, injustas frivolas & præposteras *pr. Instit. de replic. Wesenbec. dd. loc.* quem sequitur *Zang. in d. c.* 3. *n.* 37. Hanc autem divisionem improbat *Hilliger in not. ad Donell. lib.* 22. *com. c.* 2. *lit. a.* quia inquit, dicere exceptiones alias esse justas, alias frivolas & præposteras nihil aliud est, quam dicere hominem alium esse verum, alium pictum. Cui accedit, quod negari non possit, omnium exceptionum matrem esse æquitatem. Quælibet autem exceptio ex æquitate proveniens justam in se continet causam, unde judex exceptiones impertinentes ex officio parte etiam non instante rejicere tenetur *Rutger*

Rulandt. in tr. de Commiss. p. 3. lib. 9. c. 5. n. 7. Meichsner tom. 3. decis. Cam. 13. n. 43.

(*e*) Quando dividuntur in exceptiones temporales seu dilatorias & perpetuas seu peremtorias quam summam præcipuam & principalem exceptionum divisionem Dd. vocant *Wesenbec. in ff. h. tit. & C. h. tit. n. 4. & in supplem. ad Schneidewin. Instit. h. tit. n. 4. Gothofr. ad l. 2. §. ult. ff. h. tit. Don. ad rubtic. C. h. tit. n. 12. & in lib. 22. com. c. 2. & ibi. Hilliger. in not. lit. a. Vultejus ad h. tit. Instit. n. 17.* Dilatoriæ appellantur, prout suprà in thes. 2. dictum fuit, quæ ad tempus nocent & temporis dilationem tribuunt, hoc est in certum tempus actionem institutam differunt *§. temporales 10. Instit. de except. l exceptiones 3. ff. eod.* Perpetuæ dicuntur, quæ perpetuò agentibus obstant & semper rem hoc est causam, de qua agitur perimunt totamq; actionem excludunt *§. perpetuæ 9. Instit. de except. d. l. 3. ff. eod. Bocer. class. 6. disp. 12. thes. 7. Zang. in tr. de except. d. c. 3. n. 38. & seqq. Matth. Coler. ad rubr. tit. de except. n. 11. Johann. Monach. in proces. judic. p. 5. §. de except. 6. c. 3. n. 5. Emeric. à Rosbach. in proces. civil. tit. de except. dilat. 40. n. 1. & seqq. & tit. de peremt. except.* Huc referunt Interpretes etiam exceptiones anomalas, quæ non sequuntur naturam exceptionum dilatoriarum & peremtoriarum, sed singulari jure tàm ante, quàm post litis contestationem opponi possunt, qualis est exceptio ordinis, divisionis, falsi procuratoris, excommunicationis, inepti libelli & quæcunque ostendit, judicium esse nullius momenti *Emeric. à Rosbach. in prax. civil. tit. de except. anomal. 43. n. 1. Monach. in proces. d. §. 6. c. 3. n. 8.* & illas, quas mixtas vocant, non quod divisam vel separatam & tertiam speciem à dilatoriis & peremtoriis constituant, sed quod ex dispositione juris communis non minus ad processum impediendum in vim dilatoriarum, quàm ad merita & impediendam actoris, intentionem opponi possint, ita tamen ut ibi absolutio ab instantia petatur, hîc ab actione *Conrad. Mauser. in proces. fol. 69. Modest. Pist. consil. 24. n. 23. & seqq. vol. 2. Johann. Monachus*

machus in proceſſ. p. 5. §. de except. 6. c. 4. n. 8. Marant. in Specul. aur. p. 6. membr. 6. n. 13. Wurmſer tit. 8. obſ. 3. & 4. Hartm. Hartm. tit. 9. obſ. 1. Chilian Goldſtein in proceſſ. p. 2. c. 36. Obrecht. de lit. conteſt. c. 9. n. 6. & ſeqq. Johann. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 22. cujusmodi ſunt transactionis, rei judicatæ, jurisjurandi, ſolutionis præſcriptionis & aliæ c. 1. de lit. conteſt. in 6. ibi: *niſi de re judicata, transacta ſeu finita excipiat litigator. Dan. Moller. ad Conſtit. Elect. 3. p. 1. n. 2.*

IV.

Antequam autem nos conferamus ad ſubdiviſionem exceptionum dilatoriarum, ſicco pede non eſt prætereundum, quod quidam ex Dd. præter propoſitas adhuc alias conſtituant exceptionum ſpecies, nempe perſonales (*a*) reales (*b*) Emergentes (*c*) & incidentes. (*d*)

(*a*) Quæ ſtatum, conditionem & qualitatem perſonæ tàm actoris, quàm rei reſpiciunt, ut eſt exceptio competentiæ, ne quis condemnetur, niſi in quantum facere poteſt, exceptio privilegii revocandi domum. Hæ enim exceptiones certis tantùm perſonis competunt, ut ſunt milites, clerici, legati, ſcholares, parentes, patroni, maritus, donator, ſocius, *l. exceptiones. 7. ff. de except. Bocer. claſſ. 6. diſp. 12. theſ. 68.* Quò pertinent etiam exceptiones, quæ objici ſolent perſonæ judicis, actoris, procuratoris, teſtis ut in *theſib. ſeqq* pluribus audiemus.

(*b*) Quæ in rem conceptæ ſunt & rei cohærent, ac propterea tranſeunt non tantùm in heredes ſed etiam in omnes, quorum intereſt, ut fidejuſſores & ſingulares ſucceſſores, *l. dolia 76. §. 1. ff. de contrab. emt. l. emptori 6. ff. de heredit. vel act. vendit. Bocer. d. diſp. 12. theſ. 72.* quales ſunt exceptio

rei judicatæ, metus, doli, jurisjurandi, pacti de non petendo, *l. omnes exceptiones* 19. *ff. de except. Johann. Monach. in proceſſ. judic. d. §. 6. c. 3. n. 5.*

(*c*) Quibus proceſſus ante vel poſt litis conteſtationem ſuſpenditur, cujusmodi ſunt exceptio incompetentiæ, præventionis, recuſationis judicis, termini anguſti, feriarum, libelli inepti, legitimationis perſonarum, ſatisdationis, Guarandæ, & ſimiles *Johann. Zang. d. c. 3. n. 43. & ſeq.*

(*d*) Quæ vel ipſam ſubſtantiam petitionis ſeu actionis intentatæ duntaxat, vel ipſam ſubſtantiam actionis & proceſſum ſimul concernunt. Ad ipſam ſubſtantiam actionis intentatæ pertinent exceptiones inhabilitatis, pacti de non petendo, ſolutionis, compenſationis & aliæ. Actionis autem ſubſtantiam & proceſſum ſimul reſpiciunt omnes exceptiones, quas vocant Dd. litis finitæ, cujuſmodi eſt exceptio rei judicatæ, transactionis, jurisjurandi, præſcriptionis &c. poſt *Menoch. lib. 1. de arbitr. judic. quæſt. q. 45. Johan. Daut. in tr. de teſtam. n. 138. & ſeqq. pag. 126. & Fulv. Pacian. lib. 1. de probat. c. 58. n. 11. & ſeqq. per tot. Joh. Zang. in tr. de except. d. c. 3. n. 43. & ſeqq.*

V.

Exceptiones dilatoriæ, quarum ſupra in theſi 3. mentio facta fuit, & de quibus earumq; natura principaliter hîc agendum veniet, iterum ſubdividuntur in eas, quæ vel primariò judicium reſpiciunt vel ad litigatores referuntur, vel denique cauſam ipſam complectuntur (*a*) Exceptiones judicium concernentes iterum

in

in duplici sunt respectu. Aut enim judicium prorsus declinant, qualis est exceptio incompetentiæ (*b*) præventionis (*c*) & recusationis judicis (*d*).

(*a*) Quam divisionem tradit *Johann. Zang. in tr. de except. p* 2. *in proœm. Menoch. verò in tr. de arbitr. judic. quæst. cas* 240. *n.* 1. *& Coras. ad l.* 1. *C. de jur. & fact. ignor.* has exceptiones dividunt in declinatorias judicii, declinatorias actionis & solutionis. Aliter *Don. ad rubr. h. tit. n.* 13. quasdam exceptiones dilatorias judicii recusandi aut transferendi causa competere statuit, quasdam esse de re ipsa, ut quæ ex pacto proficiscuntur, quasdam verò minuere condemnationem *Vultejus* denique *ad h. tit. Instit. n.* 18. sic dividit, quod aliæ ex causa proficiscantur, aliæ ex personis, quæ ad processum pertinent, cui conveniens est divisio illa *Rulandi in tr. de commiss. p.* 4. *lib.* 8. *c.* 6. *n.* 2 quod aliæ personas concernant, aliæ verò rem ipsam & hoc vel circa processum vel extra processum, actionis nondum competentis.

(*b*) Quæ ab *Impp. Honor. & Theodos. in l. fin. C. de except.* præscriptio fori nominata reo perquam necessaria est, ne litiget coràm judice incompetente, qui jus dicendi potestatem non habet *l. Præses Provinciæ* 3. *ff. de offic. præsid. l.* 1. *& 2. ff. de offic. proconsul. l. ult. ff. de offic. præfect. urb. Lancellot. in tr. de offic. prætor. in caus. civil. tit. de except. n* 4. Actor enim sequitur forum rei, non verò reus forum actoris *l fin. C. ubi in rem act. exerc. deb.* exceptâ causâ diffamationis ubi civiliter vel criminaliter diffamatus contra diffamantem citationem impetrans actor est, nihilominus tamen diffamator, qui in hoc judicio rei vices sustinet ejus forum sequi cogitur *per l. diffamari C. de ingen. manumiss. & ibi Blarer. c.* 4. *n.* 1. *& seqq. Andr. Gail. lib.* 1. *obs.* 9. *n.* 3. Quibus modis autem quis forum sortiatur tradunt *Dd. ad tit. X. de foro competent.*

rent. & latè *Johann. Zang in tr. de except. p. 2. c. 1. n. 9. per tot.* Et hæc exceptio ſtatim in principio litis opponenda eſt *l. ult. & ibi Dd. C. de except. ne reus* hac exceptione omiſsâ videatur conſenſiſſe in judicem *arg. l. ſed etſi 52. in pr. ff. de judic. Fulv. Pacian. in tr. de probat. lib. 2. c. 45. n. 15. & ſeq.*

(c) Quæ tunc competit, cum actor cauſam uno judicio cœptam ad aliud judicium trahit *Bocer. claſs 6. diſp. 12. theſ. 52. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 29. n. 5. Vant. in tr. de nullit. tit. de nullit. ſentent. ex defect. jurisdict. ordin. n. 162. & ſeq.* & hac exceptione oppoſitâ, reus ab inſtantia judicii abſolvitur, actor quoque ratione litis pendentis ad priorem judicem remittitur. Duo ergo requiruntur, ut exceptio præventionis competat, (1.) ut reus unius ejusdemq; rei cauſa plures habeat judices, ita, ut unusquisq; per ſe, & in ſolidum de cauſa cognoſcendi copiam habeat. (2.) ut reus qui jam actor eſt legitimè fuerit citatus. Nam ſi citatio illa illegitima ſit nec valeat, nullum producit effectum. Neque enim conſtituit aliquem in mora, neq; perpetuat jurisdictionem neq; præventionem inducit *c. gratum 20. de offic. deleg. c. bonæ 23. X. de elect. Johann. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 3. n. 2. & ſeq. & n. 34. cum ſeq. Mynſing. cent. 4. obſ. 26. n. 6. Anton. Hering. in tr. de fidejuſs. c. 23. n. 47. Wurmſer. in lib. 1. obſ. tit 6. obſ. 16. n. 2. & ſeq.* niſi contra impetrantem allegetur, quo caſu circumducta citatio in odium actoris non comparentis inducit litis pendentiam *Berlich. deciſ. 1.* ubi ſic à JCtis Lipſienſib. *Menſ. Decemb. ann. 1618.* pronunciatum refert. Num verò citatio ex l. diffamari inducat litis pendentiam in cauſa principali quæſtionis eſt? Nos negativam defendendam ſuſcipimus cum *Zang. in d. tr. de except. p. 2. c. 43. n. 15. & ſeqq.* quia judicium diffamationis & judicium principale ſunt ſeparata, *Andr. Gail. lib. 1. obſ. 11. n. 3. & ſeqq.*

(d) Quâ judex velut ſuſpectus, vel quia judex eſſe de jure prohibetur, recuſatur. Unde hæc exceptio non ſolum ante litem conteſtatam opponi, ſed etiam omnium prima eſſe debet inter dilatorias *Mynſing. cent. 4 obſ. 59. Ludov Schrader.*

in tr.

in tr. feudal. p. 10. *in præamb. n.* 41. quia si opponitur alia dilatoria censetur prorogari judicis potestas isq; provocari, ut super ea pronunciet & sic inducitur assensus in ipsum ut postea non possit recusari *text. in l. fin. C. de except. Dd. in l. apertissimi* 16. *C. de judic. Fulv. Pacian. in tr. de probat lib.* 2. *c.* 45. *n.* 14. *& seqq. Andr. Gail. lib.* 1. *obs* 33. *n.* 11. nisi suspicio demum postlitis contestationem aut conclusionem in in causa existat & oriatur, aut si quidem ante judicium cœptum extiterit, reus autem eam ignoraverit, tunc enim semper allegari potest & judex tanquam suspectus non obstante litis contestatione aut conclusione in causâ rectè recusatur *c. insinuante* 25. *de offic. de leg. l. non distinguemus* 32. *§. cum quidam* 14. *ff. de arbitr. Andr. Gail. lib.* 1. *obs.* 33. *n.* 11. *Felin. ad c. pastoralis n.* 17. *de except.* Est enim favorabilis hæc exceptio & innaturali æquitate fundata *Ludolph. Schrader in d. tr. feudal. p.* 10. *sect.* 14. *n.* 24. *Joh. Zang. in d. tr. de except. p.* 2. *c.* 4. *n.* 3. *& seqq. Matth. Coler ad c. cum olim* 7. *X. de except. n.* 33. *& seqq.* De jure autem civili ex communi Dd. opinione tantummodo judex delegatus recusari potest non autem ordinarius ad eum effectum ut removeatur tanquam suspectus, sed si aliqua suspicionis subsit causa, adjunctus ei dandus est *auth. si verò contigerit C. de judic Nov.* 86. *c.* 2. Secus de jure Canonico quo non modò delegatum sed etiam ordinarium recusare licet *c. suspicionis* 39. *De offic. deleg. c. licet* 10. *in fin. c. si quis contra clericum* 4. *X. de for. competent. c. cum speciali* 61. *de appellat. Mamm. in praxi aur. p.* 4. *distinct.* 5. *n.* 42. *Fulv. Pacian. lib.* 2. *de probat. c.* 45. *n.* 1. *& seqq. Vult. lib.* 2. *Iurispr. Rom. c.* 1. *n.* 10. *& ibi allegat.* Hæc tamen recusatio secundum tradita Dd. locum non obtinet, quando Princeps causam cum clausula remotâ recusatione delegavit nec afficitur reus hoc casu injuriâ aliquâ *Lancellot. in tr. de attent. p.* 2. *c.* 6. *n.* 32. *Ludolph. Schrader in tr. feudal. p.* 10. *sect.* 3. *n.* 11. Quod intelligi volumus non de gravi & legitima, sed de levi & frivola suspicione cum *Mynsing. cent.* 3. *obs.* 63. *& Gail. lib.* 1 *obs.* 33. *n.* 5. *& seq.* Nam rescripta Principum

cipum ita ſunt interpretanda, ne uni proſint & alteri noceant *l. ex facto* 13. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Gail. d. obſ.* 33. *n.* 6. Quærunt hîc Dd. num ſenatus vel aliud collegium tanquam ſuſpectum recuſari poſsit? Nos cum *Maſcard. in tr. de probat. vol.* 2. *concluſ.* 952. *n.* 32. *& Gail. d. obſ.* 33. negamus, niſi omnes aſſeſſores eſſent ſuſpecti aut major pars eorum. Quæ autem requirantur ad recuſationem judicis ut rectè fiat, vide poſt ibid. allegat. *Johann. Zang. in d. tr. de except. p.* 2. *c.* 4. *n.* 18. *& ſeqq.* Judex quoq; eſſe non poteſt, qui patitur aliquem defectum naturâ, lege vel moribus *l. judices* 12. *C. de dignit. lib.* 12. *l. cum Prætor* 12. *in fin. ff. de judic. l. fin. C. de recept. arbitr. Marant in aurea praxi p.* 4. *diſtinct.* 11. *n.* 3. Naturæ impedimento laborant ſurdi, muti, qui ſcilicet loqui & audire nequeunt, item furioſi, judicio carentes, pupilli deniq; & minores 18. annis propter lubricitatem nimirum conſilii, quâ laborant *d. l. cum Prætor* 12. §. *non autem omnes judices & l. cum furioſus* 39. *ff. de judic.* Impedimentum legis conſiſtit in eo, qui loco vel ordine ſuo motus proprer turpitudinem vitæ infamiâ notatur *l. Caſſius* 2. *ff. de Senat. l.* 1. *ff. ad L. Jul. de vi privat. l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. *c. in famibus de R. J. in* 6. Moribus impediuntur, qui judicandi munere fungi nequeunt prout regulariter ſunt fœminæ *l.* 2. *ff. de R. J.* & ſervi, de quibus expreſsè conſtitutum eſt, ut ad civilia & publica officia non admittantur *l. Barbarius* 3. *ff. de offic. Prætor.* Benè tamen notanda eſt differentia inter ſuſpectum & inhabilem judicem. Nam judex inhabilis poteſt ad ulteriora procedere & tunc tacitè intelligitur rejecta exceptio incompetentiæ, quod ſecus eſt, ſi judex aditus allegetur ſuſpectus, hoc enim caſu ſi exceptione oppoſitâ non obſtante procedat in cauſa proceſſus erit ipſo jure nullus, cum ipſi ſtatim ligentur manus â tempore propoſitæ exceptionis *Matth. Coler. in tr. de proceſs. executio. p.* 4. *c.* 1. *n.* 65.

2.

IV.

Aut judicium tantummodo differunt, ut ſunt loci non tuti, (*a*) temporis anguſti (*b*) & feriarum (*c*).

(*a*) Litigatores enim eorum procuratores, advocati & teſtes comparere in judicio non tenentur, ſi locus judicii nõ ſit tutus & forſan multos inimicos capitales aut eorum amicos habeant in loco judicii, ne per indirectum priventur defenſione, cujus gratiâ ad judicium vocantur *c. ex parte 47. de appellat. c. accedens 4. ut lit. non conteſt. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 52. n. 3. Fulv. Pacian. in d. tr. de probat. lib. 2. c. 46. n. 1. & ſeq.* Quæ exceptio eſt dilatoria, cum eâ actio inſtituta non perimatur, ſed judicium ſaltem differatur. Opponi autem poteſt non tantùm ante, ſed etiam poſt litis conteſtationem in qualibet judicii parte etiam contra paratam executionem, quia gravamen ſucceſsivum continet *Matth. Coler. tr. de proceſs. executiv. p. 4. c. 1. n. 201. Mynſing. cent. 2. obſ 73. Dan. Moller lib. 1. Semeſt. c. 1. n. 5.* niſi judex ad petitionem partis ipſi ſecuritatem & ſalvum conductum dedit ein frey ſichers Geleit zu recht vnd vor vnrechter gewalt *Dan. Moller. lib. 2. Semeſtr. c. 1. Matth. Coler. deciſ. 165. n 6.*

(*b*) Nam ſi reo in citatione legitimum tempus non ſit conceſſum, poteſt opponere exceptionem temporis anguſti nec contra eum ut contumacem procedi poteſt, cum ejusmodi citatio, quæ nimis brevem terminum continet, non obliget ad parendum *Vant in tr. de nullit. tit. ex defect citat. n. 67.* & tunc ſolet pronunciari das Beclagter noch zur zeit vor vngehorſam nicht zu achten / er iſt aber auff anderweit vorgehende peremtoriſche ladung Sächſiſche friſt in ſich haltende / zuerſcheinen vnd auff die wieder jhn erhobene Clage zu antworten pflichtig. Eſt autem in foro noſtro Saxonico legitimus terminus. Sex ſeptimanarum & trium dierum.

Reus enim tribus vicibus per intervallum duarum ſeptimanarum citandus eſt & ſi in ultimo termino non compareat, condemnatur auff die Ehehafft *Chilian* König *in proceß. c.* 22. *n.* 2. *vers* die ander *citatio.* Hodiè autem in omnibus judiciis de conſuetudine introductum eſt, ut unica citatio ſufficiat pro tribus, dummodo ſit peremtoria & legitimum ſpacium ſex ſeptimanarum & trium dierum in ſe contineat, *Hartm. Piſt. p.* 1. *q.* 3. *n.* 9. ubi teſtatur, id tàm in ſuprema curia, quàm in aliis judiciis ita paſsim obſervatum fuiſſe, *Chilian* König *in proceß. c.* 23. *& noviſſime Elector Auguſtus in nov.* 12. 16. *&* 19. *p.* 1.

(c) Citatus enim ad diem feriatum ejus loci, in quo judicium agitur comparere non tenetur, nec valet citatio, ſed citatus poteſt opponere exceptionem feriarum & tunc pro contumace nō eſt habendus ita, ut ſi adverſus citatum hoc caſu judicatum fuerit, is nec judicatum facere nec ſolvere debeat *c fin. de fer. l. fin. C. de fer. l. ſi feriatis* 6. *ubi Dd. ff. cod. Marant. in ſpec. aur. p.* 4. *diſtinct.* 16. *n* 81. & quia gravamen ſucceſsivum continet, poteſt opponi etiam in qualibet judicii parte *Vant. in tr. de nullit. ſentent. tit. ex defect. jurisdict. ordin. n.* 130. niſi ſit cauſa ſummaria, aut urgeat neceſsitas vel ſuadeat pietas, quia forſan eſt cauſa miſerabilium perſonarum *Zang. in tr. de except. p.* 2. *c.* 7. *n.* 10. Quotuplices autem ſint feriæ videatur *ſpec. in tit. de fer.* §. 1. *n* 4. *& ſeqq. Weſenbec. ad tit. ff. de fer. n.* 3.

2. Quæritur hîc an hæc exceptio competat etiam iis, qui occupati non ſunt in meſsibus? Nos affirmativam defendendam amplectimur. Quamvis enim ipſi litigatores non ſint occupati in colligendis fructibus, contingere tamen poteſt, ut eorum advocati aut procuratores occupentur in meſsibus: imprimis cum generaliter edicto Prætoris cautum ſit, ne quis adverſarium tempore meſsium in jus vocet. *l.* 1. *in pr. ff. defer:* nec ea, quæ in hominum favorem introducta ſunt, in ipſorum odium ſunt retorquenda *l. nulla* 25. *ff. de ll.*

VII.

VII.

Supra dictum est exceptiones dilatorias quasdam respicere judicium, quasdam referri ad litigatores, quasdam verò ipsam causam complecti. Cognitis itaq; iis, quæad judicium pertinent, sequuntur exceptiones personas litigantium concernentes, qualis est legitimationis personarum seu procuratoria (*a*) & cæteræ quæ spectant vel actorem, cujusmodi est exceptio contumaciæ (*b*) vel reum, qualis est exceptio ex edicto de in jus vocando (*c*) & exceptio impedimenti (*d*).

(*a*) Nam in quolibet judicio etiam summario personæ se legitimare tenentur *Menoch. in tr. de adipiscend. retinend. & recuper. possess. remed. recup. possess. 15. n. 273. Lancellot. in tr. de attentat. p. 3. c. 24. q. 2. in fin.* Et hæc exceptio competit, si forsan personæ litigantes non habeant legitimam personam standi in judicio *Vant. in tr. de nullit. tit. ex defect. in habilit. comparent. Andr. Gail. lib. 2. obs. 108.* vel si procuratores sine mandato, aut cum mandato quidem, sed mutilo & insufficienti agant & defendant *l. 2. §. defendi 3. ubi Bart. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Wesenbec. in tit. ad tit. de procurat. n. 6. & 7. Mynsing. cent. 1. obs. 76.* vel si procuratores compareant, postquam jam mandatum à Domino fuit revocatum, aut ipsi procuratores sese exonerarunt, vel quod procu-

ratores conſtituti alterius nomine agere aut conveniri nequeant de quibus vide *Don. lib* 18. *com. c.* 11. Ejusmodi enim procuratoribus exceptiones hæ procuratoriæ *§. præterea* 11. *Inſtit. de except. l.* 3. *in fin. ff. de except.* ante litis conteſtationem opponendæ ſunt *d. l.* 3 *in fin. & d. §.* 11. nec poſt judiciũ cæptum amplius objici poſſunt *l. ita demum* 13. *C. de procurat. l. filiusfamil.* 8. *§. veterani* 2. *ff. eod.* niſi ſit exceptio, quæ reddat proceſsũ retrò nullum, cujusmodi eſt exceptio, quæ oritur ex inhabilitate ob intrinſecam qualitatem alicui inhærentem *Vant. in tr. de nullit. ſentent. tit. de nullit. ex inhabilit. compar n.* 134. *& ſeqq.* tunc enim illa non modõ ante, ſed & poſt litis conteſtationem etiam in cauſa appellationis opponi poteſt *Vant. d. loc. n.* 132. vel quod procuratores ab eo acceperint mandatum, qui procuratorem conſtituendi facultatem non habuit, quales ſunt excommunicatus, bannitus, pupillus, minor, furioſus, mente captus, prodigus, mulier & ſimiles perſonæ *l. neg.* 11. *l. alienam* 18. *C. de procurat. l. mutus* 43. §. 1. *ff. eod. & ibi Weſenbec. n* 4. Inhabilis enim ad agendum vel defendendum per ſeipſum, etiam inhabilis cenſetur ad procuratorem conſtituendum *l. non eominus* 14. *C. de procurat. d. l. mutus* 43. *§.* 1. *ff. eod. Vant. in tr. de nullit. tit. ex defect. mandat. n.* 124. Sic etiam hæc exceptio datur, ſi actio in judicium deducta procuratorem ad agendum vel defendendum non admittat, cujusmodi eſt actio criminalis ſeu accuſatio, quæ de crimine publico inſtituitur *l. penult §. ult ff. de public. judic. c. veniens* 15. *X. de accuſat.* Quod hodie in perſona rei eriamnum obſervatur. A parte autem accuſatoris indiſtinctè procurator admittitur per conſtit. *Carol. V. c.* 12. *Chilian* König *in proceß. judic. c.* 47. *Weſenbec. in tr. de procurat. n.* 5. *Andr. Rauchbar. q.* 7 *per tot Dan. Moller. lib.* 1. *Semeſt. c.* 24. *Matth. Coler. deciſ.* 141. Denique hæc exceptio conceditur etiam adverſus Syndicos univerſitatum, Oeconomos, Advocatos, Tutores, Curatores & eorum actores, vel quia ſunt conſtituti ab his, quibus poteſtas conſtituendi in jure

jure non eſt conceſſa, vel quia ejusmodi officia ſuſcipere prohibentur, de quo videatur *Vant. in tr. de nullit. ex defect. mandat. n.* 148. *cum multis ſeqq. Andr. Rauchbar. p.* 2. *q.* 1. *Don. lib.* 18. *com. jur. civil. c.* 12.

(*b*) Nam ſi actor in termino non compareat, ſed contumax exiſtat, reus de ipſius contumacia excipere poteſt, hac annexâ petitione, ut non tantùm terminus pro circumducto habeatur & ita ipſe ab inſtantia abſolvatur, ſed etiam actor in expenſas condemnetur *l. eum quem* 79. *in pr ff. de judic. Wurmſer. in tit. de contumac. obſ.* 1. *Chilian* König *in proceß judic. c.* 30. *Matth. Coler. deciſ* 104. *n.* 2. *Unde referente Zang. in tr. de except. p.* 2. *c* 9. *n.* 4. ita ſolet pronunciari das Cläger ehe vnd zuvor er Beclagten die Gerichtskoſten auff Richterliche ermäſſigung erlegt / mit ſeiner Clage wieder jhn nicht zuhören/ Huc pertinet *tit.* wie wieder die auſſenbleibenden procedirt werden ſol in der Churf. Sächſ. Appellat. Ordn.

(*c*) Quâ reus ſe hoc modo defendit, quod in jus niſi venia impetratâ vocari non poſsit *t t. ff. & C. de in jus voc.* & cauſatur adverſus actores ex reverentia perſonarum, quæ in judicium vocantur, puta, ſi liberi experiantur adverſus parentes *l. lis nulla* 4 *ff. de judic.* liberti adverſus patronum *l. fin. ff. de jus vocand.* vaſallus contra dominum feudi *tit. de milit. vaſall. qui contumac. lib.* 2. *feud. ubi Feudiſt. & gl. in verb. reverentia Johann. Faber. ad* §. *pœnales* 12. *n.* 2. *Inſtit. de act.* ſubditi adverſus magiſtratum *l.* 2. *ff. de in jus voc. Matth. Coler. ad c. cum dilecti X de except. n.* 4. Et hæc exceptio ſtatim in limine judicii eſt opponenda, quia hac omiſsâ, cenſetur neceſsitas hujusmodi petendi veniam remiſſa *Mynſing. cent.* 4. *obſ.* 92. *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. judic. quæſt. cent.* 5. *caſ. ult. Donell. lib.* 23. *com. c.* 2. Quamvis hæc exceptio hodie parùm proſit, cum hoc ipſo, judex, quando ad inſtantiam alicujus citationem decernit, veniam intelligatur concedere, pro ut innuit *Weſenbec. in π. ad. tit. de in jus vocand. n.* 12.

(d) Quâ reus excipit de impedimento, quod obstitit, quo minus in termino comparere potuerit, justo scilicet non affectato, quod forsan suâ culpâ sibi paravit. Justum autem impedimentum est, si quis impediatur morbo sontico *l.* 2. §. *si quis judicio* 3. *ff. si quis caut.* tempestate vel vi fluminis *d. l.* 3. §. *si quis judicio.* captivitate *Bart. in l.* 2. *n.* 8. *ff. de in jus vocand.* expeditione publica vel peregrinatione *lib.* 2. Landrecht *art.* 7. carentia advocati *Marant. in Spec. aur. p.* 6. *tit. de contumac. n* 2. *& seqq. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. judic. quæst. cent.* 2. *cas.* 153. *Joh. Zang in d. tr. de except. p.* 2. *c.* 9. *n* 13.

VIII.

Tertio deniq; loco veniunt exceptiones, quæ causam ipsam complectuntur, quas primis saltem labiis attingamus. Sunt autem tales exceptio præjudicialis, (*a*) plus petitionis, (*b*) pacti conventi temporalis, (*c*) præscriptio moratoria, (*d*) litis pendentis, (*e*) exceptio libelli obscuri, generalis & inepti, (*f*) sub & obreptionis, (*g*) spolii, (*h*) ineptæ cumulationis, (*i*) satisdationis, (*k*) Guarandæ (*l*) & similes (*m*).

(*a*) Quâ reus removet actorem, dicendo præjudicium per quæstionem ab adversario motam quæstioni majori fieri non oportere *l. fundi* 18. *ff. de except. l.* 1. §. 1. *ff famil. erciſc. l. fin. C. de petit. hæredit. c. ex parte* 10. *X. de arbitr.* cum major quæstio minorem semper ad se trahat *l. per minorem* 54. *ff. de judic.* & prius judicandũ sit de quæstione majori, quàm ad minorem perveniatur *l. scio* 4. *ff de in integr restit. l. rei majoris* 21. *ff. de except. l. fin. C. de ordin. cognit. Fulv. Pacian lib.* 1. *de probat. c.* 58. *n.* 73. Quomodo autem major quæstio in judicium

dicium deducatur ab ipso actore vel â reo tradit *Johann. Zang. in d. tr. de except. p. 2. c. 10. n. 5. & seqq.*

(*b*) Quæ exceptio locum obtinet, si tempore, loco vel causa plus petatur ab actore *§. temporales* 10. *vers. alioqui Instit. de except.* id quomodo fiat, ostendit Imperator in *§. si quis agens* 33. *cum seqq. Instit. de act. & ibi Dd.* Quamvis autem de jure veterî plus petens re, loco, tempore & causa uniformi pœnâ afficiebatur, ita, ut causâ caderet, id est rem ipsam & omne jus suum amitteret. Hodie tamen hæc pœna ab Impp. Zenone & Justiniano est sublata, (excepto unico tantum casu in *l. fin. C. de plus petit.* si quis nimirum dolosè plus petat, & constitutum, ut si quis loco, causa vel re plus petierit & ex ea re damni quid acciderit ei, contra quem plus petitum est, in triplum condemnetur *§. tripli verò* 20. & *§. sed hæc quidem.* 32. *Instit. de act. l. Zenonis* 2. *§. si quis verò* 2. *C de plus petit.* Præter hanc pœnam autem reus etiam oppositâ exceptione plus petitionis ante litem contestatam ab instantia absolvitur & actor in expensas condemnatur, modò hæc exceptio vel ex confessione adversarii aut Instrumento debiti, judici constet *§. temporales* 10. *Instit. de except. l* 1. *C. de plus petit.* Si verò hæc exceptio post litis contestationem jam factam objiciatur, judex in causa principali quidem procedere potest, reum vel absolvendo, vel condemnando, inducias tamen ad solvendum duplicare & actorem in expensas condemnare tenetur *Jason. in d. §. si quis agens* 32. *Instit. de act.* nisi actor vel in libello adjecerit clausulam salvo jure superflui, vel antequam judex super hac exceptione interloquatur, petitionem suam mutet, tunc enim non quidem in hanc pœnam, in sumtus tamen litis & damna, si quæ fecerit reus, actor condemnatur *Johann. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 11. n. 14.*

(*c*) Quæ rec datur etiam adversus creditores qui beneficiũ moratoriæ dilationis aut induciarũ annaliũ vel quinquennalium ipsi eum in finem concesserunt, ut medio tẽpore liceat ei respirare & cogitare de modis & mediis solvendi exigẽdo vicis-

vicissim ipsorum debita, in quibus alios obstrictos habet & ita pervenire ad pinguiorem fortunam, & reliquos creditores, modò concedentium major pars fuerit, cum minor pars majori cogatur consentire *l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. majorem 8. ff. de pact. Matth. Coler. in tr. de proces. executiv p. 1. c. 4. n.* 16. & ita pronunciatum fuisse refert *Dan. Moller. in lib. 4. semestr. c. 6. n.* 6. Si enim partem debiti remittere debitori possunt in præjudicium minoris partis creditorum, multò magis dilationem solutionis dare possunt, cum ei, cui licet id, quod est majus, multò magis liceat id, quod est minus, si tamen dilatio quinque annorum spatium *in d. l. fin. & Constit. Imper.* von verdorbenen Kauffleuten *anno* 48. *à Carolo V. Augustæ edita* definitum, non excedat nec unus creditor habeat aliam securitatem pinguiorem, cui præ aliis innitatur, quia forsan debitor cum juramento ipsi obligatus est, quo casu ad consentiendum in dilationem â majore parte datam, non compellitur *Matth. Coler. d. loc. n.* 17.

Q. Quæritur autem ab Interpretibus hîc num creditor eam partem debiti, quam mercatori fallito aut alii debitori remittit, ut reliquum solvat, condictione ob turpem causam repetere possit, si ad pinguiorem fortunam pervenerit? quod, sæpe contingit in fraudatore & fallito aut banchoruptore ut vulgò vocant. Nos rem adhibitâ tali distinctione decidimus, distinguendo nimirum inter eum, qui nõ suo, sed fortunæ vitio non solvendo factus est, & fraudatorem. Priori casu neg. cum illud ipsum, quod ex commiseratione remittitur, ob causam omnium maximè piam & honestam, nullo modo ob turpem remissum dici possit. Quamvis hoc in praxi nec in fraudatore observetur cum exempla adsint, non pauca eorum, qui postea locupletiores facti lautius vixerunt nec tamen vel teruncium creditoribus suis eo nomine solverunt, vel conventi etiam ab illis unquam fuerunt. Hæc autem exceptio opponi debet ante litis contestationem, quia si reus hac exceptione omissâ litẽ contestetur, videtur eo ipso huic exceptioni renunciasse *Joh. Zang in tr. de except. p. 2. c. 2. n.* 1.

(d) Quæ

(d) Quæ exceptio convenit cum superioti. Nam quod supra dictum est, majorem partem creditorum debitori posse remittere debitum, illud hîc dicitur de Imperatore, quod nimirum inducias moratorias ein Anstand/ Anstandsbrieff/ Quinquennel *Matth. Wehner in pract. obs. lit. a.* possit cõcedere ad dilationẽ debiti temporalem obæratis, ut intra 1. 2. 3. 4. & fere 5. annorum spacium ad solutionem non teneantur *Joh. Schneidewin. ad §. jus autem civile Instit. de J. N. G. & C. n.* 11. *Guid. Pap. quæst.* 97. & 109. nec creditoribus concedatur intra tempus indultum ipsis molestias creare, quò interim possint respirare, meditando rationes solvendi & exigendo debita, *Matth. Wehner. d. loc. in fin.* Dantur autem hæ induciæ non nisi legitima & urgenti ex causa *l. ult. C. qui bon. ced. poss. l quoties* 2. *l. universa.* 4. *C. de precib. Imp. offer. Gail. lib.* 2. *obs* 46. *n.* 14. *Andr. Knichen. de privileg. jur. Sax. §. de induciis moratoriis fol.* 163. iis, qui absque sua culpa vel naufragio vel incendio aut bello vel alio quocunque casu adverso facultatibus eversi & magnum aliquod damnum passi sunt, quos infelices debitores vocat *nov.* 4. & 135. *Anton Hering. in tr. de fidejuss. c.* 5. *n.* 101. *& seqq.* non verò decoctoribus, qui bona sua abligurierunt *Dan. Moller. lib.* 4. *Semestr. c.* 7. *Hilliger. in not. ad Don. lib.* 22. *com. c.* 10. *lit. b.* Num verò hæ induciæ etiam fidejussoribus prosint quæstionis est. Negat hoc *Matth. Coler. in tr. de proceff. executiv. p.* 1. *c.* 4. *n.* 19. quia hoc privilegium est personale & per consequens ad fidejussorem non extendendum *c. privilegium de R. J. in* 6. & §. *sed & quod Principi. Instit. de J. N. G. & C.* stricti quoque juris & propterea nec de persona ad personam, nec de loco ad locum trahendum *Cagnol. in l. in omnibus causis. n.* 8. & 11. *ibid. Dec. n.* 6. *ff. de R. J.* quò facit text. *in §. fin. vers. esse enim debitor Instit. de replic.* ubi statuitur, quod exceptio cessionis bonorum non prosit fidejussori, cum qui alios pro debitore obligatos habet, id egisse videatur, ut in eventum lapsi facultatibus debitoris, ipse nihilominus recipiat ac consequatur suum ab iis, quos pro principali obligatos habet & *l.* 1. §. *sed*

aut proprio §. *ibi*: *hoc curamus adhibendo fidejussorem, ut quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. ff. de O. & A. & l. si reus* 12. *ff. judic. solv.* Conceduntur æque hæ literæ moratoriæ non tantùm ab Imperatore, sed etiam à Principibus in suis territoriis *Andr. Knichen. d.* §. *de induc. morat. Tessaur. decis.* 186. non tamen nisi præstitâ cautione desolutione in termino facienda *l. universa* 4. *C. de precib. Imper. offer. Gail. d. obs.* 46. *n.* 14. *Tessaur. decis* 186. *n.* 7. ita quidem, si creditores petant, nec enim Princeps proprio motu exigit cautionem *Gail. d. loc. Anton. Hering. in d. tr. de fidejuss. c.* 5. *n.* 133. *& seqq.* Effectus harum induciarum est, ut debitores bonis cedere necesse non habeant, *Mynsing. in* §. *fin. Instit. de act.* Policey Ord. *anno* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten. *vers.* vnd nachdem Sie. Et admittitur hæc exceptio etiam contra instrumenta obligationum liquida, nisi ipsi in contractu expresse fuerit renunciatum *Consult. Constit. Sax. d. q.* 105. *n.* 1. Non pertinet autem ad opifices & alios, quibus ob laborem personæ debitor obligatus est, quales apud nos sunt mercenarii, die Taglöhner vnd Liedlöhner/ cum illorum debita sint privilegiata *Consult. Sax. d. q.* 105. *n.* 2. *Matth. VVehner. d. loc.*

(*e*) Quæ & præventionis interdum appellatur, de qua *supra in thes.* 5. *lit. d.* fusius diximus. Utraque enim fori declinatoria est *Bald. in auth. sed novo jure. n.* 9. *Felin. in c. exceptionem. n.* 46. *extr. de except. Matth. Coler. in tr. de proceß. executiv. p.* 4. *c.* 1. *n.* 71. & datur, si lis de ea re, quæ in judicium deducitur, coram alio judice pendeat, unde dilatoria est & ante litis contestationem opponenda *Bald. in l. per diversas. n.* 19. *C. mand.*. Dicitur autem lis pendens postquam à judice competenti citatio emanavit & citatio ad partem citatam pervenerit, aut per eam factum sit, quo minus ad ejus notitiam perveniret *cl.* 2. *ut lit. pendent. nihil innov. c. proposuisti* 19. *de for. competent. Mynsing. cent.* 4. *obs.* 26. dummodo ejusmodi in citatione sint expressa, per quæ plenius possit reus instrui, super quibus in judicio convenitur *Mascard. in tr. de probat.*

probat. vol. 2. concluſ. 986. Modeſt. Piſt. conſil. 21. vol. 2. n. 6. Lancellot. in tr. de attent. p. 2. c. 4. de attent. lit. pendent. n. 6. Si verò cauſa in citatione non fuerit expreſſa & hoc modo emiſſa, ut reus certo die compareat & videat, quomodo actor libellum ſit producturus, non aliter nec ante lis pendens fit, quàm ſi actor in termino comparuerit & libellum porrexerit, nec ſufficit, quod actor in termino præſens fuerit & reo non comparente contumaciam ipſius accuſaverit, ſed inſuper libelli oblatione opus eſt. Libellus enim eſt fundamentum totius judicii, ad quem omnia acta judii referuntur, *arg. d. cl. 2. Modeſt. Piſt. d. conſil. 21. n. 4. & ſeq. vol. 2. Marant. in Spec. aur. p. 6. tit. de citat. n. 71. in 1. membr.*

(f) Quæ contra libellum, qui in ſcriptis reo petente & ſupplicante eſt offerendus *c. 1. & ibi Dd. de libell. oblat. auth. offeratur. C. de lit. conteſt. nov. 53. c. 3. Vant. in tr. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 21. cum ſeqq.* opponitur in primordio litis *Jaſ. in §. omnium. n 126. Inſtit. de act. Chilian König in proceſſ. c. 43. n. 4.* quia libellus vel obſcurus & generalis eſt vel ineptus. Libellus obſcurus & generalis eſt, ſi quis exempl. gr. ab eo, qui plures ejusdem nominis ſervos, puta plures Stichos habeat, Stichum petat, non adjiciens alia, ex quibus colligere liceret, quem ex iis ſibi dari aut reſtitui velit, aut ſi in actione reali petitur fundus nec proprium fundi nomen vel ejus confinia deſcribuntur *c. ſignificantibus 2. extr. de libell. oblat.* ſic etiam non rectè petitur aurum & argentum, niſi materia & pondus nominetur, nec pannus & animal niſi color exprimatur, nec ſcyphi vel pocula, niſi deſignetur forma an ſint rotunda vel quadrata vel oblonga *l. ſi in rem 6. ff. de R. V. Matth. Coler. ad c. 2. & c. dilecti. extr. de except. n. 38.* Quod enim petitur, ita exprimendum eſt, ut perſpicuum fiat quid, quale & quantum illud ſit *d. l. 6. l. 1. §. ſi quis argentum 40. ff. depoſit. l. ſi quis uxori 52. §. ſi linea 25. ff. de furt. l. Prætor edixit 7. ff. de injur.* Quamvis in quibusdam cauſis libellus etiam generalis ſufficiat, veluti in judiciis univerſalibus, in hereditatis petitione, in judicio familiæ erciſcundæ, in actione exemto,

quâ agitur hereditatis venditæ nomine. Sic etiam in judiciis in personam generalibus, puta, in actione negotiorum gestorum, tutelæ, pro socio, si quis hereditatem aut rerum divisionem in genere petat, vel quæ ex administratione negotiorum gestorum, tutelæ, ex societate reus debet, generaliter postulet *Bart. Jason & Dd. in l. 1. ff. de edend. & in l. edita. C. eod.* Ineptus verò libellus dicitur, in quo nulla petendi seu agendi causa expressa videtur *l. 2. & ibi gl. C. de formul. act. sublat. CC. in c. 2. de libell. oblat.* Causa enim obligationis exprimenda est *l. qui sine causa 3. ff. de condict. sine caus.* & libelli formatio constat ex congrua narratione facti & causa seu medio concludendi, non aliter atque syllogismus conflatur ex majore & minore termino & demum adaptata commoda conclusione *Matth. Coler. ad c. 2. & c. dilecti extr. de except. n. 18.* Unde & in libello factum taliter narrari debet, ut ex eo causa petendi resultet & in causa insit medium concludendi, ut postea inferri & concludi possit *Jas. ad §. omnium. Instit. de act. n. 115.* cum aliàs ex libello, in quo causa expressa non fuit, colligi nequeat, quo jure, is, qui conscripsit aut conscribendum curavit, acturus sit, nec reus statuere secum possit, utrum cedere, an cum eo contendere velit, prout requirit *l. 1. in pr. ff. de edend. auth. offeratur. C. de lit. contest. Marant. in Spec. aur. p. 6. membr. 3. n. 2.* vel in quo expressa quidem sit causa, sed talis, ex qua bona & necessaria consequentia ad id, quod petitur actori restituendum præstandumve non sequitur *Joh. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 14. n. 13.* In libello autem actionis personalis exprimenda est causa ipsius remota *c. fin. de libell. oblat. Jas. in §. omnium. n. 120. Instit. de act. Andr. Gail. lib. 1. obs. 61. n. 5.* nec sufficit causam proximam allegare, peto à te centum, quia hoc modo ad ea præstanda mihi obligatus es, sed necesse est, ut & causa remota contractus nimirum vel quasi contractus, delictum vel quasi delictum adjiciatur *l. consensu 2. l. actionum genera 25. §. actionum 1. ff. de O. & A. §. fin. Instit. de obligat. Gail. d. loc. n. 4.* In libello autem actionis realis si causa proxima dominium

nium scilicet vel quasi *l. in rem* 23. *ff. de R. V.* apponatur libellus pro inepto non est censendus, veluti fundum Cornelianum cum pertinentiis vindico, cujus ego dominus sum, *l. & an eadem* 14. §. 2. *ff. de except. rei judic. Andr Gail. lib.* 1. *obs.* 61. *n.* 6. *Modest. Pist. consil.* 50. *n.* 1. *cum seqq. vol.* 1. Deinde exceptio libelli inepti locum obtinet, si nomen actoris vel rei, vel judicis in libello sit omissum *l in tribus* 13. *ff. de judic. l. si procuratorem* 65. *ff. de procurat. Joh. Damhoud. in praxi civil. c.* 130. *n.* 7. *& seqq.* si enim reus non cognitum habeat, à quo conveniatur, deliberare non potest, nec statuere, num velit actori cedere, an verò cum eo litigare, sic nisi nomen rei in libello exprimatur, judex reum absolvere vel condemnare non potest, cum sententia conformis esse debeat libello *l. ut fundus* 18. *ff. comm. divid.* Denique nisi nomen judicis adscribatur, reus intelligere nequit, an is judex, ad quem citatur, competens sit, nec ne, item utrum justas causas habeat judicem tanquam suspectum recusandi vel postulandi, ut alius ei judex adjungatur *auth. offeratur. C. de lit. contest. nov.* 53. *c.* 3. Porrò ne libello obstet hæc exceptio, necesse est, ut in libello rectè & legitimè concludatur. Tota enim vis libelli ex communi Dd. opinione in conclusione tanquam in cardine versatur & in libello non attenditur, quid, quale & quantum narretur, sed quantum ex narratis concludatur, quia conclusio libelli restringit narrata ad ea, quæ expressè in conclusione dicūtur & regulat, ampliat & determinat totam actionem *Angel. & Jas. in §. omniū. Instit. de act. n.* 12. *Gail. d. obs.* 61. *n.* 13. *& seqq.* Quod tamē procedit tantummodo in civilibus; non verò in criminalibus, ubi sola facti narratio absque alia petitione vel conclusione admittitur *Felin. in c. unic. de lit. contest. n.* 12. ratio est, quia in criminalibus nihil concluditur dari vel fieri parti. Nam aut pœna est corporalis & applicatur corpori: aut pecuniaria & fisco debetur *l. lege agraria* 3. *ff. de term. mot.* Ex narratione facti succedit pœna legalis vel statuti, aut si pœna sit arbitraria judicis

arbitrio illa committitur *l. si confessus. ff. de custod. reor. Gail. d. obs.* 61. *n.* 18. Tandem libellus tanquam ineptus rejicitur & contra eum excipi potest, si non contineat locum, annum & mensem delicti perpetrati, sive agatur de delicto privato etiam civiliter, ut injuria, sive publico, ut adulterio & ejusmodi alio, *l. libellorum* 3. *ubi Dd. comm. ff. de accus. Bart. in l.* 1. *in pr. ff. de edend. & in l. Prætor edixit* 7. *in pr. ff. de injur. Marant. in Spec. aur. p.* 4. *distinct.* 1. *n.* 38. *& p.* 6. *membr.* 4. *n.* 12. *Joh. Zang. in tr. de except. p.* 2. *c.* 14. *n.* 29. Hac igitur exceptione oppositâ, judex libello rejecto reum ab observatione judicii absolvere & actorem in expensas condemnare solet *Felin. in c. significantibus* 2. *de libell. oblat. n.* 5. *Ias. in d. §. omnium. Instit. de act. n.* 127. *Modest. Pist. consil.* 28. *n.* 18. *& seq. vol.* 1. Quod si verò reus hac exceptione omissâ, ad libellum actoris responderit & litem contestatus fuerit, judex postpositâ libelli ineptitudine pro actore judicare potest, si certus sit de jure actoris *Ias. in d. §. omnium. Instit. de act. n.* 125. *Boër. decis.* 42. *n.* 19.

(*g*) Quæ tunc competit, cum per falsas & fucatas preces falsa vel narrando vel vera supprimendo mandata & alia ejusmodi sunt obtenta, quæ utique judex non decrevisset, si ea, quæ in exceptione vel affirmantur, vel negantur, pars impetrans narrasset. Et hæc exceptio plerumque ex ipso facto factive qualitate vel alia quadam circumstantia ex ipsa lege, constitutione aut stylo, in quo supplicans se fundat, petita opponitur citationibus, decretis, rescriptis & mandatis per mendacia & veritatis suppressionem emissis, sive in juris narratione mendacium reperiatur sive in facti sive in tacendi fraude *l. præscriptione* 2. *C. si contra jus vel utilit. public. c. super literis* 20. *c. postulasti* 27. *c. ad audientiam* 32. *& ibi CC. extr. de rescript. Angel. ad §. præterea. Instit. de except. Petr. Frider. Mindan. lib.* 1. *de process. c.* 15. *n.* 3. Opponitur autem hæc exceptio mandatis tàm cum, quàm sine clausulâ, ut vocant. Mandatis cum clausulâ reus statim parere non tenetur, cum eo comparente resolvatur in vim simplicis citationis

nis, potest itaque in termino de sub & obreptione excipere ac si impetrans probare voluerit, narrata libelli vera esse, reus verò ad contrarias pro ejusdem cassatione rationes probandas paratum sese ostenderit, processus ordinarius admittitur, & causa, quasi simplex citatio emissa fuisset, tractatur, ita, ut actor condescendere nolens, vnd die Haubtsache außzuführen nicht willens / ad pœnam vel executionem mandati saltem agendo non audiatur, sondern wird jhme aufferlegt in der Haubtsache vortzufahren / doch mag in einem libell. die Haubtsache deducirt vnd hernach die dem mandat einverleibte pœn. begehrt werden. *Noah Meurer. in com. ad proceſſ. Cameral. lib.* 2. von Mandaten in gemein *pag.* 41. Quo facto & causâ ità ventilatâ per sententiam mandatum vel cassatur & infirmatur, vel ratificatur & confirmatur, also / daß beklagter nochmals dem mandato bey Straff vnd zeit demselben einverleibt zugeleben schuldig / aut si non in omnibus, saltem aliquibus mandato parendum, & hoc in specie declaretur *Meurer. ibid. n.* 22. *Petr. Frider. Mindan. lib.* 2. *de mandat. c.* 15. *n.* 5. *& seqq.* Mandata sine clausula propter hominum iniquitatem ad id præcipuè comparata sunt, ut facta, quæ nullo jure tàm divino, quàm humano probari possunt, damnum irreparabile afferunt, tranquillitatem publicam lædunt & nullam patiuntur moram exequendo tollant & inhibeant, *l. si cujus* 13. *§. æquissimum. ff. de usufruct. Audr. Gail. lib.* 1. *obs.* 4. & 13. *Petr. Frider. Mindan. d. c.* 15. *n.* 10. Quamvis autem ab ejusmodi mandatis sine clausula, tanquam executionem paratam habentibus *Gail. lib.* 1. *obs.* 14. *Petr. Frider. Mindan. lib.* 1. *de proceſſ. c.* 15. *n.* 4. regulariter abstinendum sit *l.* 1. *C. de execut. rei judic.* cum executio sit ultimus actus judiciarius, *Matth. Coler. in præfat. tr. de proceſſ. executiv. n.* 9. ordinat. tamen Cameral. *in p.* 2. *tit.* Von Mandaten vnd in was fällen dieselbe ohne oder mit justicatori clausula erkant werden mögen 23. certis conditionibus ea permittit. *ibi:* Es were dann daß die Sache vnd handlung / darüber die Keyserlichen Mandaten zuerkennen gebeten / an jhr selbst von rechts vnd gewohn-

gewohnheit wegen verboten vnd wo dieselbe begangen/ auch ohne einige weittere erkäntnüs vor straffwürdig oder vnrechtmäßig zuhalten/ oder das dadurch dem anruffenden theil ein solche beschwehrde auffgelegt vnd zugefügt würde / die nach gethaner that nicht wiederzubringen / oder daß die sache wieder den gemeinen nutzen were / oder keinen verzug leiden möchte / dann in solchen vnd sonst andern fällen/ in denen/vermög der Rechte à præcepto ohne vorgehende erkentnüß angefangen werden mag / sollen vnd mögen Mandat ohne justificatori clausula erkant werden. Et quamvis hæc exceptio sub: & obreptionis quatenus negotium principale concernit, peremtoria sit, eam tamen etiam in vim dilatoriæ impetranti ante litis contestationem objici posse statuit *Petr. Frideric. Mindan. in d. c. 15. lib. 2. de mandat. n. 3. in pr.* & si ejusmodi exceptio post litis contestationem demum opponatur, mandatum nec cassari nec differri asserit *Oldendorp. in Enchirid. excep. tit. de except. sub: & obrept.* Propositâ autem & objectâ hac exceptione, reus si non sit notoriè falsa vel calumniosa ad ipsam probandam admittitur, & si probetur, cassatur mandatum ac impetrans in expensas condemnatur *c. fin. de rescript.* tali formula, Daß beklagter in die pœn außgegangenen mandats nicht zuverdammen / sondern zu absolviren/ vnd Cläger beclagten in die Gerichtskosten zuertheilen. Carere enim debet mendax precator impetratis *c. sedes. & c. si quando 5. de rescript.* prout aliquoties ita pronunciatum refert *Gail. lib. 1. obs. 14. n. 3. Matth. Coler. in tr. de process. executiv. p. 1. c. 2. n. 277.* Si verò exceptio sub: & obreptionis probata non fuerit, injungitur reo paritio cum eventuali pœnæ declaratione hac vel simili formulâ, daß der Beclagte dem außgegangenen Mandat bey pœn nochmals zugeleben schuldig/ *Joh. Zang. in tr. de except. c. 17. n. 22.*

937.

(b) Quæ ante litis conteſtationem in judicium deducenda & intra quindecim dies non tantùm de jure communi *c.* 1. *de reſtit. ſpoliat. in* 6. *Panormit. in d.c. cum dilectus* 2. *X. de ordin. cognit. n.* 2. *Innocent. ibid.* ſed etiam Saxonico *Conſtit. Elect.* 6. *p.* 1. *Conſult. Conſtit. Saxon. tom.* 2. *p.* 3. *q.* 23. *Petr. Heig. p.* 1. *q.* 16. *n.* 53. *& ſeq.* probanda eſt. Cum autem de Jure Saxonico omnis terminus probatorius ſit ſex ſeptimanarum & trium dierum Landrecht *lib.* 1. *art.* 62. *Chilian* König *in proceß. c.* 7. *Matth. Coler. in tr. de proceß. executiv. p.* 1. *c.* 2. *n.* 33. *& ſeq. Conſtit. Elect.* 10. *p.* 1. non immeritò quæritur cur non hic terminus obſervetur quoque in exceptione ſpolii. Et ratio in promptu eſt, quod hæc probationis ſpecies ſit privilegiata *Conſult. Conſtit. Sax. tom.* 2. *p.* 3. *q.* 23. Et currit hic terminus â tempore rei judicatæ ſecundum *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 6. *p.* 1. *n.* 3. *vers ex uſu tamen judiciorum, cui contradicit poſt Panormit. & Innocent. in d.c. dilectus* 2. *n.* 2. *de ordin. cognit. & Oldendorp. in Enchirid. except. tit. de except. ſpolii Johan. Zang. in tr. de except. p.* 2. *c.* 18. *n.* 2. ubi affirmat hoc tempus initium capere poſt diem, quo exceptio ſpolii fuerit propoſita. Effectus hujus exceptionis eſt, ut reus non teneatur reſpondere libello oblato niſi reſtitutâ prius re ablatâ *d.c. cum dilectus* 2. *& ibi Panorm. n.* 4. *& c. fin. de ord. cognit.* Nam ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt *text. in c. in literis* 5. *& c. conquerente* 7. *de reſtit. ſpoliat. l. ſi coloni* 14. *de agric. & cenſit. lib.* 10. *l.* 1. §. 1 *ff. de vi & vi armat.* etiamſi prædo ſit *text. in d.c. in literis Dec. conſil.* 19 *n.* 19. Imò ſi ſpoliator in alia cauſa ſpoliatum conveniat, non tenetur ei ſpoliatus ante factam reſtitutionem reſpondere *d.c. cum dilectus & d.c fin. de ordin. cognit. Marant. p.* 4. *diſtinct.* 6. *n.* 33. *&* 35. *Gail lib.* 2. *obſ.* 75. *n.* 5. Competit verò hæc exceptio non tantùm reo ſpoliato ejusq; heredi & ſucceſſoribus *arg. l.* 1. §. *interdum* 23. *ff. de vi & vi arm.* & quidem perpetuò *Innoc. & Panormit. in d.c. cum dilectus & ibi. Klingius n.* 3. contra eum, qui ſpoliavit aut ſpoliare mandavit vel alterius ſpoliationem ratam habuit.

Marant. in Spec. aur. p.4. distinct.6. n.44. Zang. in tr. de excep. p.2.c.18. n.8. Jacob. Schult. p.1. obs.25.n.11. Sed etiam contra eum, qui callidè & occultè extremum exhalantis spiritum cupidè expectans possessionem rerum hereditariarum ingreditur, ut reliquos coheredes, quos ordo successionis ex æquo rangit, absentes vel ignorantes præventione quadam antiquioris possessionis antevertat *Jas. & Dd. in l. justè possidet ff. de acquir. poss. Gail. in tr. de arest. c.1.n.22.* & contra judicem, qui quendam juris ordine non servato spoliat *Hostiensis in summa X. de restit. spoliat. Roland. â Valle consil.9.n.20. & seqq. vol.2.* Quod in tantũ procedit ut etiãsi princeps approbaverit spoliationẽ â judice juris ordine non servato factam tamen hujusmodi probatione non obstante spoliatus ante omnia debeat restitui *l. autoritatem 3. C. unde vi Schepliz. ad consuetud. March. p.2. tit.6. §. ult. n.7.* Locum quoque obtinet hæc exceptio, licet spoliatus cum spoliatore super spolio treugam seu pacem inierit & omni juri suo renunciaverit. Hac enim renunciatione non obstante nihilominus spolium ipsi repetere licet *Pract. Papiens. in forma libelli in caus spoliat. n 6.* Contrà verò exceptio spolii non conceditur, si actio instituta sit propter res, quas apud reum depositas esse apparet *gl. in c. cum dilectus 2. X. de ordin. cognit. in verb. in modum cognitionis ubi Panorm. n.22. post Cc.* vel propter res Ecclesiasticas, cum publici juris sint & propterea exceptio spolii rerum privatarum ipsis non obstet *c. frequens 1. in fin. de restit. spoliat. Matth. de afflict. decis.19.n.9. Johan. Zang. in d. tr. de excep. p.2. c.18. n 6.* exceptio spolii etiam non potest opponi uxori post mortem mariti dotem repetenti sub prætextu, quod maritum viventem spoliavit, quia dos quodammodo publici juris est *l. reipublicæ 2. ff. de jur. dot. l.1. ff. solut. matrim.* & causa dotis specialiter est privilegiata *Cardinal Tusch. tom.2. verb. dos concluss.743. n.60.* Contra heredem quoque & successorem non datur, nisi de eo, quod ad eum pervenit, aut dolo ejus factum sit, quò minus pervenerit *arg. d. l.1. §. fin. ff. de vi & vi armat. l.2. C. unde vi*

Kling.

Kling. in d. c. cum dilectus n. 5. de ordin. cognit. Menoch. in tr. de acqr. recuper. & retinend. possess. n. 50. usq; ad n. 161. Eodem modo non potest hæc exceptio opponi actori de spolio tertii. Alterius enim factum actori, qui non spoliavit, nec id fieri mandavit, nec ratum habuit, obesse non debet *l. si quis suo 33. §. 1. C. de inoffic. testam. arg. l. 1. §. dejecisse 12. ff. de vi & vi armat.* nisi criminaliter agatur. Tunc enim si dicat se nudum & exhaustum esse ob id, quod spoliatus sit omnibus bonis vel majore parte bonorum intra quindecim dierum spacium spolium hoc probare debet *Zang. in d. c. 18. n. 10. per c. 1. de restit. spoliat. in 6.* Denique exceptio spolii reo non competit, si is ex contractu juramento firmato conveniatur *c. debitores 6. X. de jurejur. Spec. in tit. de pet. & possess. §. sciendum. 1. n. 13. Zang. d. c. 18. n. 6.* Quod autem supra dictum fuit, hanc exceptionem ante litis contestationem esse proponendam, limitatur, nisi post litis contestationem forte de novo spolium factum proponatur, aut reus fidem faciat juramento spolium ante litis contestationem factum ad ejus notitiam post litem demum contestatam pervenisse. *c. pastoralis 4. de except. Mascard. in tr. de probat. conclus. 881. n. 1. & seq. vol. 2. Zang. d. c. 18. n. 13. & seq.* ubi formulas pronunciandi refert, quem vide. Placet autem hic annectere controversam illam quæstionem, num actionem spolii intentans vel exceptionem spolii opponens in casum succumbentiæ actione injuriarum conveniri possit? Nos negativam propugnamus *per text. in l. deferre 18. § sed communem 7. ff. de jure fisci & l. qui cum major 14. §. si patris mortem 7. ff. de bon. libert.* ubi dicitur, quod is nulla actione injuriarum teneatur, qui injuriæ suæ ulciscendæ vel homicidii paterni vindicandi causa aliquem innocentem accusavit & calumniosam actionem instituit. Si autem hoc verum est in homicidio, multò magis in spolio obtinebit. Deinde nemo injuriarum tenetur, qui aliquam actionem ex permissu juris publici non animo injuriandi & diffamandi, sed sui juris defendendi causa instituit *l. dela-*

tor 44. *ff. de jur. fisci* nec dolus & animus in agente vel excipiente de spolio præsumitur, cum quælibet causa etiam frivola & injusta excuset à dolo *l. igitur sciendum* 12. §. *& generaliter* 3. *ff. de liberal. caus.*

(*i*) Quæ tanquam dilatoria ante, non etiam post litis contestationem objicienda est, nisi forte cumulatio actionum, de qua hæc exceptio intelligenda est, judicium redderet retrò nullum *Dd. in l. edita* 3. *C. de edend. Oldendorp. in Enchirid. except. tit. de except. inept. cumulat.* Non commodè autem & ineptè cumulantur actiones (1.) Si ordo judiciorum cumulando actiones diversas invertatur, ut majori cognitioni per causam minorem præjudiciũ fieri possit de quo supra dictum fuit *per l. fin. C. de ordin. judic. l. per minorem* 54. *ff. de judic. Matth. Coler. ad c.* 2. *& c. dilecti de except. n.* 43. (2.) Si actiones ad idem tendant & ejus naturæ sint, ut absolutoria lata in uno judicio pareret sine dubio exceptionem rei judicatæ in altero *Bart. in l. edita* 3. *n.* 14. *C. de edend. per l. fundum Titianum* 16. *l. sed si ante* 17 *& l. fundi* 18. *ff. de except. Matth. Coler. d. loc.* (3.) Cumulatio actionum non permittitur, si actiones plures sic se habeant ad invicem, ut unius electione tollatur altera *Bart. in d. l. edita* 3. *n.* 14. *C. de edend. Matth. Coler. d. loc.* quales sunt actio de dolo & actio quod metus causa. Hæ enim actiones ne quidem sub conditione cumulari possunt, quoniam altera per alteram consumitur *l. item si cum exceptione* 14. §. *eum qui metum* 13. *ff. quod met. caus.* Quod si verò una actio alteram non consumat, ut accidit in actionibus pœnalibus, rectè hæ actiones cumulari possunt *arg. l. nunquam* 130. *& ibi Dec. & Petr. Faber. ff. de R. J.* (4.) non admittitur plurium actionum cumulatio, si ex iis resultet contrarietas, ut si una earum alicui competat, reliquæ eidem nullo modo competere possint, sic petitio hæreditatis & interdictum quod legatorum cumulari commodè nequeunt. Nam agens petitione hereditatis fatetur, adversarium hereditatem aut rem hereditariam vel pro herede vel pro possessore possidere *l. regulariter* 9. *& l. seq. ff. de petit. here-*

heredit. Qui autē interdicto quorum legatorū experitur, affirmat, adversarium rem, de qua agitur, non pro possessore aut herede, sed pro legato possidere *Zang. in d. c. 19. n. 15. & seq.* ubi vide plura hujus rei exempla.

(*k*) Quæ dilatoria est & ante litis contestationem opponenda *Chilian* König *in suo proceß c. 46. Wesenbec. ad tit. C. de except. n. 4. Constit. Elect. 3. p. 1. ubi Dan. Moller. n. 8.* De jure enim civili reo opponente exceptionem satisdationis, actor, non admittitur, nisi satisdederit (1.) De lite prosequenda usque ad terminum litis *§. sed hodie Instit. de satisd. auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric. nov. 112. c. 2. (2.)* Quod intra decendium judicio adesse velit *nov. 53 c. 3. (3.)* Se intra duos menses litem contestaturum & si hoc omiserit, duplum præstiturum, si forte reus ejus nomine aliquid damni perceperit *auth. libellum. de lib. contest. nov. 96. c. 1. (4.)* Quod impensarum & sumtuum nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensæ soluturus sit, si forte succubuerit & apparuerit animo calumniandi litem movisse *d. auth. generaliter d. nov. 12. c. 2. Ludovic. Fachs. diff. 40. Zobell. p. 1. diff. 10. Anton. Hering. in tr. de fidejuß. c. 10. n. 115. & seq. Matth. Coler. p. 1. decis. 105. n. 1. & seq.* Et licet has satisdationis species ab usu penitus recessisse statuat *gl. in §. sed hodie in verb. nullam Instit. de satisd. & ibi Mynsing. n. 3. spec. in tit. de satisd. §. 1. Vant. in tr. de nullit. tit. de nullit. proceß. n. 46. Oldendorp. claß. 1. act. 7. Wesenbec. ad tit. C. de satisd. n. 5. Frideric. Pruckm. consil. 43. n. 72. Arnold. de Rejger. in proceß judic. diß. 4. thes. 41. lit. c. Treutler. diß. 5. th. 3. lit. g. vol. 1.* Hoc tamen generaliter affirmare non audet *Zang. in tr. de except. p. 2. c. 21. n. 8. & seqq.* De jure Saxonico actor petenter eo tenetur satisdare de reconventione & expensis in eventum succumbentiæ *Constit. Elect. 5. p. 1 & ibi Dan. Moller. n. 2. & seq.* Proceß vnd Gerichts Ordn. Johannis Georgii Electoris Saxoniæ Serenissimi *c.* Von der Wiederclage. 6. Hanc autem cautionem præstare non tenentur immobilia possidentes, *dict. constit. 5. & ibi Dan. Moller. n. 1. & lib. 1. Semestr. c. 2. l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog.*

sive mediatè, sive immediatè judiciis etiam curialibus subjecti sint ohne vnterscheid der Schrifft vnd Ambtsassen/ dummodo sub Electore quocunque etiam in loco bona immobilia possideant Proceß Ord. *c.* Vom Vorstande 3. *vers.* So sol es auch hinfüro ohne Vnterscheid &c. Summa autem hujus cautionis de Jure Saxonico extenditur ad valorem unius Wergeldi, id est, ad viginti quatuor sexagenas antiquas vier vnd zwantzig alte Schock Landr. *lib.* 2. *art* 5. *Zobel. p.* 1. *diff.* 10. *n.* 5. *& seq. Dan. Moller. ad Constit. Elect.* 5. *p.* 1 *n.* 9. *& lib* 1. *semestr. c.* 2. *n.* 2. *Wesenbec. in* π. *qui satisd. cog. n.* 11. *& in supplem. ad Schneidewin. tit. de satisd. n.* 12. *Matth. Coler. in tr. de proceß. executiv p.* 2. *c.* 3. *n.* 70. Quod hodie consistit in arbitrio judicis, qui pro qualitate & magnitudine causæ modum satisdationis statuere potest *Dan. Moller dict. loc. n.* 10. *Wesenbec. d. n.* 11. *Anton. Hering. in tr. de fidejuß. c.* 10. *n.* 127. *Jacob. Schult. p.* 1. *q.* 3. *n.* 3. *& seq.* Proceß vnd GerichtsOrdn. *tit.* Vom Vorstande 13. §. Wie hoch aber &c. Si verò actor immobilia non possideat nec alio modo cautionem præstare possit, satisdationem hanc vel fidejussoribus datis, *Wesenbec. in* π. *tit. qui satisd. cog. n.* 11. *post pr.* vel si probatæ sit existimationis nec de dilapidatione & fuga suspectus juratoriâ cautione expedire potest §. *sed hodie* 3. *Instit. de satisd. auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric. nov.* 112. *c.* 2. *Wesenbec in* π. *qui satisd. cog. n.* 10. *Gail. lib* 1. *obs.* 148. *n* 9. *Mynsing. cent.* 2. *obs.* 11 *in pr. Termin. in suo proceß. c.* 207. *n.* 2. Churf. Sächs. GerichtsOrdn. tit. vom Vorstande §. do aber der Cläger armuths halber &c. & tunc ita solet pronũciari, würde Cläger schwehren/ das er so viel nicht im vermögen/ glaube auch er könne nach angewantem müglichen vleiß die jhme zuerkante satisdation pro reconventione & expensis nicht bestellen/ So wehre er zu der von jhme anerbottenen cautione juratoria nicht vnbillich zuverstatten *Chilian* König *in suo Proceß. c.* 46. *n.* 4. *Jacob. Schult. in addit. ad* Rotschitz *in proceß. p.* 1. *art.* 12. *n.* 1. Churf. S. ProceßOrd. *d. tit.* 13. §. Do aber Cläger armuths halber *vers.* glaube auch er könne &c. Et hæc satisdatio peti potest etiam

â per-

a persona cui aliàs reverentia debetur, qualis est pater, mater, maritus, magistratus *l. fidejussor*, 2. §. *prætor ait* 1. *ff. qui satisd. cog.* & persona aliàs privilegiata, qualis est Studiosus, qui si aliter non potest, saltem juramento cavere tenetur. *Bald. in l diffamari* 5. *C. de ingen. manumiss. & ibi Blarer. c.* 2. *n.* 23. *Anton. Hering de fidejuss. c.* 9. *n.* 35. *& seqq.* Præstanda autem est hæc satisdatio etiam in summariis & executivis processibus *Reinhard. Rosa in addit. ad Dan. Moller. d. Constit.* 5. *n.* 18. *Matth. Coler. in tr. de proceß. executiv. p.* 3. *c.* 1. *n.* 65. *& p.* 4. *c.* 3. *n.* 20. Churf. Sächs. GerichtsOrdn. *tit.* von der Wiederclage *vers.* wie dann auch eben derer Sachen halber. Non tamen in processu matrimoniali *Beust. in tr de sponsal. lib. c.* 22. & judicio diffamatorio, quia diffamatus hoc in judicio agens partes rei sustinet *Gail. lib* 1. *obs.* 9. *n.* 7. *Mynsing. cent.* 6 *obs.* 90. *n.* 3. *Bernhard. Græv. præct. concluss.* 9. *considerat.* 1. *n.* 1. *& seqq.* Quæritur, hîc si forsan actor sub litis ingressu quidem satis possessionatus sit, postea verò lite pendente possessiones vendat, aut quocunque modo labi facultatibus incipiat, num de novo ad satisdationem præstandam cogi possit? Nos affirmamus per text. *in l. si ab arbitrio* 10. §. 1. *ff. qui satisd. cog. l. si is* 3. §. *ult. ff. ut in possess. legat. Reinh. Ros. in addit. ad Moller. in com. ad Constit. Elect.* 5. *p.* 1. *n.* 19. *post Joh. Zang. in tr. de except. p.* 2. *c.* 21. *n.* 44. *& Joh. Monach. in proceß. judic. p.* 3. §. *de exceptionibus* 6. *c.* 4. *n.* 5. ubi sæpius ita observatum fuisse tradit.

(*l*) Quæ exceptio pariter dilatoria est & ante litis contestationem opponenda *Constit. Elect.* 3. *p.* 1. *& ibi Dan. Moller. n.* 8. *Matth. Wesenbec. ad tit C. de except. n.* 4. *Matth Coler. p.* 1. *decis.* 109. *n.* 2. Jus enim Saxonicum præter satisdationem etiam Guarandam die Gewehr requirit Landrecht *lib.* 3. *art.* 14. Weichbild *art.* 41. *sub fin. Constit. Elect.* 4. *p.* 1. Churfürstl. Sächs. Proceß Ord *tit.* Von der Gewehr 12. *in pr.* quam actor præcisè tàm in civilibus, quàm criminalibus præstare tenetur *Chilian König in proceß. c.* 48. *n.* 2. *Rotschitz in proceß. c.* 13. *n.* 3. modò ordinariè procedatur. In Summariis enim seu executivis

Q.

tivis proceſsibus Guaranda non eſt neceſſaria *Matth. Coler. d. deciſ.* 109 *n.* 14. *& ibi Schult. in addit. Matth. Wehner. in obſ. pract. verb.* Gewehr ſicut nec in matrimonialibus *Beuſt. in tr. de ſponſalib. c.* 22. nec in cauſis ſtudioſorum & Clericorum. *Conſult. Conſtit. Sax. tom.* 2. *p.* 5. *q.* 24. Hæc autē Guaranda præſtanda nō nudis verbis, ſed actu corporali vel ſtipulatâ manu, vel tacturâ baculi an Gerichtsſtab *d. conſtit. Elect.* 4. *p.* 1. *& ibi Dan. Moller. n.* 6. *Chilian. Goldſtein in praxi p.* 1. *c.* 27. *n.* 5. etiam abſente adverſario & ad hoc ſpecialiter non citato poſt *Weſenbec. Dan. Moller. ad dict. Conſtit. Elect.* 4. *n.* 7. *Zang. in tr. de except. p.* 2. *c.* 21. *n.* 60. Effectum Guarandæ pleriq; Interpp. duplicem conſtituunt (1). quidem quod actor præſtitâ Guarandâ libellum mutare nequeat Landrecht *lib.* 3. *art.* 14. Weichbild *art.* 40. *& art.* 114. ibi: Wo aber ein Mann eine rechte Gewehr *Wehner in obſ. pract. verb.* Gewehr *Conſtit. Elect.* 11. *p.* 1. *Hartm Piſt. p.* 4. *q.* 22. *n.* 6. Quamvis enim *Mauſer. in ſuo proceß. tit.* von der Gewehr ex generalitate textus *art.* 63. *& art.* 14. Landrecht *art.* 40. Weichbild exiſtimet mutationem libelli etiam poſt litis conteſtationem eſſe concedendam, quia tamen iſta generalitas Juris Saxonici interpretationem recipit ex jure communi *l.* 2. *ubi Bald. & Dd. C. de noxal. act. Mynſing. obſ.* 5. *cent.* 1. *Matth. Weſenbec. conſil.* 14. *n.* 10. quo poſt litis conteſtationem mutatio libelli non admittitur, prior opinio referente *Zang. in d. c.* 21. *n.* 65. *& ſeq.* quamplurimis reſponſis & præjudiciis in Dicaſterio Wittebergenſi fuit confirmata.

2. (2.) quod actor reū, ſi poſtea ejusdē cauſæ nomine in judicio conveniatur, cōtra quoscunq; defendere & indemnē præſtare teneatur, non ſecus, ac is, qui de jure cōmuni de evictione obligatus eſt *Dan. Moller. ad d. Conſtit. Elect.* 4. *n.* 4. Rotſchitz *in proceß p.* 1. *art.* 13. *n.* 10. *ibi:* zu dem andern hat die Gewehr dieſe wirckung des jenigen/das man in Rechten evictionem nennet/ alſo das der Cläger nach beſtalter Gewehr den Beclagten gegen allen die jhn vmb das Gut/ſchuld oder Sachen/wie das nu geſchicht/ darumb er jetzund beclagt iſt/ zukommende/ anfechten würden/ wo er vom Cläger köndte/ vertretten werden muß Landr. *lib.* 2. *art.* 15 *Matth. Coler. deciſ.* 109. *n.* 13.

(*m*) Refe-

(*m*) Referunt namq; Dd. ad exceptiones dilatorias etiam exceptionem, ne reus conveniatur, nisi in quantum facere potest, exceptionem ordinis, excussionis & cedendarum actionum, exceptionem appellationis desertæ vel non devolutæ *Zang. in tr. de except. p. 2. c. 15. 16. & 20.*

IX.

Et huc usque de speciebus exceptionum dilatoriarum. Sequitur nunc, ut videamus, quibus personis competant (*a*) & adversus quos dentur. (*b*)

(*a*) Sciendum ergo est, exceptiones, cum sint species defensionis eoq; juris naturalis, nemini esse denegandas *c. dilecti 8. de except. l. nemo prohibetur 8. ff. eod. Dd. in l. 7. ff. de J. & J. & in rubr. ff. & C. de except.* & propterea exceptiones non solùm dantur personis principalibus, sed etiam heredibus & singularibus successoribus *l. si intra 8. C. de non num. pec. l. emptori etiam 28. C. de evict. l. 17. §. 5. ff. de pact.* Nisi sint personales, quæ personæ cujusque cohærent, nec ad alios transeunt, veluti exceptio in quantum quis facere potest, quæ nec in fidejussorem nec in heredem extraneum transitoria est *text. in l. exceptiones 7. in pr. ff. de except. §. ult. Instit. de except. l. maritus 54. ff. solut. matrim.* Et quibus casibus alioqui fidejussori solventi adversus debitorem non datur actio mandati vel negotiorum gestorum, nec exceptio, quæ debitori competit, fidejussori prodest, ut si fidejusserit donandi animo vel in rem suam *Cujac. lib. 19. obs 29. Emeric. a Rosbach. in praxi civil. tit. de except. 39. n. 6. Donell. lib. 22. com. c. 3.*

(*b*) Dantur autem principaliter adversus ipsum actorem *l. exceptio 2. ff. de except. l. 1. & 2. C. eod.* & per consequentiã etiam in heredes, *l. 8. C. de non num. pec.* quia in universum jus defuncti succedunt *l. si rem 6. ff. de except. Don. lib. 22. com. c. 3.* &

ſucceſſores ſingulares *l. qui in jus* 177. *ff. de R. J. Emeric. à Rosbach. d. tit. de except.* 39. *n.* 9.

X.

Cauſam exceptionum dilatoriarum efficientem remotam conſtituimus jus gentium, (*a*) propinquam jus civile. (*b*)

(*a*) Ratione originis enim exceptiones ſunt jurisgentium *Abbas in rubr. de except. n.* 1. quem ſequitur *Felin. n.* 5. *pr. Inſtit. de except. l.* 1. *§.* 1. *ff. de dol. mal. & met. except.* cum nihil aliud ſint quàm defenſiones *l. defenſiones* 11. *C. de except.* quas juris naturalis ſive gentium eſſe, nemo eſt, qui ambigat *Weſenbec. in* ϖ. *de except. & præſcript. n.* 8. Quamvis nonnulli ſint, qui ortum exceptionis Juri divino adſcribunt, allegantes illud *Geneſ.* 3. ubi Adam in paradiſo accuſatus de inobedientia, excipit, transferendo à ſe culpam in mulierem, imò quaſi in ipſum Deum, dum inquit, Mulier, quam tu dediſti mihi ſociam, ipſa me decepit & comedi. Sed hoc planè non contrariatur noſtræ ſententiæ, neque enim prædicta exceptio, quâ utebatur primus homo, approbatur à jure divino, ſicut videmus paulò poſt non attentis ſubterfugiis reum cum uxore condemnari & profligari extra terminos paradiſi *Matth. Coler. ad rubric. tit. de except. n.* 7.

(*b*) Lex nimirum §. *quarum. Inſtit. de except.* Senatusconſultum *l. qui exceptionem. ff. de condict. indebit.* Edictum *d.* §. *quarum & tt. de dol. except. Weſenbec. in ſupplem. ad Schneidevvin. Inſtit. de except. n.* 5. Hodie rectâ ratione concludi exiſtimamus, regulariter omnem exceptionem juris civilis dici, ob formam à jure civili proditam, cum forma conſtituat ſubſtantiam & det eſſe rei *l. Julianus* 9. § *ſed ſi quis* 3. *ff. ad exhib.* Ideoq; rectè dicimus exceptiones eſſe juris civilis, tanquam à quo plus participent *arg. l. quæritur* 10. *ff. de ſtat. hom. Ang. ad rubr. Inſtit. de except. Bart. in l. ex hoc jure* 5. *ff. de J. & J.* Quò facit, quod, cum actio juris civilis inventum

ventum sit *Bart. in d. l. ex hoc jure. n.* 19. & per exceptionem excludatur *l. 2 ff. de except.* exceptionem ejusdem esse naturæ, cujus sit actio, cum regulariter quælibet res eo modo dissolvatur, quo colligata fuit *l.* 35. *ff. de R. J. Matth. Coler. ad rubr. de except. n.* 7. *in fin.* Sic etiam exceptio quatenus est defensio in genere, est juris naturalis, non tamen in specie, ut in judicio fit, cum jure naturali judicia non viguerint *Coras. lib.* 2. *miscell. c.* 16. *n.* 10. *&* 11. *& Ayrer in proces. p.* 1. *c.* 6. *obs.* 2. *n.* 3. addit aliàs nec per principem aut statutum tolli possent, Sunt igitur exceptiones juris naturæ ratione materiæ & originis. Quoad formam verò quam accipiunt à sola lege, juris civilis, quia nec omnibus, nec contra omnes, nec omni tempore competunt *Matth. Coler. in tr. de proces. executiv. p.* 4. *c.* 1. *n.* 34.

XI.

Materia exceptionum circa quam est actio (*a*) & intentio actoris. (*b*) Materia ex qua est jus cujusque proprium. (*c*)

(*a*) Non enim exceptio competit, si actio nulla aut ipso jure finita sit, sed exceptio actioni jure constitutæ *pr. Instit. de except. in verb. licet persecutio justa sit &c.* opponitur *Don. lib.* 22. *com. c.* 1. *& ad rubr. C. de except. n.* 5. Unde strictè & propriè est exceptio, quæ actionem jure competentem excludit *Azo. in summa C. de except. n.* 1. *&* 2. *Contard ad l. diffamari* 5. *C. de ingen. manumiss. c.* 6. *n.* 2. *Wesenbec. in supplem. ad Schneidevvin. Instit. de except. n.* 5. *Zanger. in tr. de except. p.* 1. *c.* 3. *n.* 2. *Cujac. Hottom. Duar. Cont. & alii ad h. tit.*

(*b*) Id est omnis affirmatio, quâ aliquid ab aliquo petimus *l. si quis* 66. *ff. de judic. l. vindicantem* 17. *ff. de evict. l. in exceptionibus* 19. *in pr. ff. de probat. l. generaliter* 12. *ff. h. tit. Don. ad rubr. C. de except. n.* 18. *Brisson. Pratej. & Calvin. in Lexicis. Zang. d. tr. de except. p.* 1. *c.* 3. *n.* 12. contra hanc intentionem actoris reus excipit, negando ullum jus vel actionem

nem actori competere, sed quod tantùm de facto litem moveat *l. nec intentio 23. C. de transact. gl. in l. 2. ff. de except. tt. quar. rer. act. non datur l. 1. ff. de R. Judic. Dec. & Felin. ad rubr. de except. Joh. Monach. in proceſſ. p. 1. §. de except. 6. c. 3. n. 3.*

(*c*) Ex obligatione, pacto vel ſimili cauſa, ex tempore, loco, perſonis, aliisq; circumſtantiis deſcendens §. *appellantur 8. Inſtit. de except. §. praterea 3. & l exceptio 2. §. ult. l. exceptiones 3. ff. eod.* ex quibus exceptionem ſuam reus probare conàtur. Exempl. gr. qui intentionem actoris confeſſus eſt, exceptione pacti, metus vel aliâ oppoſitâ fatetur ſe adhuc jure civili obligatum eſſe & actionem adverſus ipſum poſſe intentari *in pr. verſ. comparatæ. Inſtit. de except. l. ſi mulier 21. §. ſi metu 4. ff. quod met. cauſ. l. palàm eſt 2. §. circa 3. ff. de dol. mal. except.* ideoq; ſtatim iſtam ſuam oppoſitam exceptionem ex pacto vel alio modo probare tenetur *Joh. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 26. n. 142. & ſeqq.* Quo caſu ita ſolet pronunciari: Dieweil Beclagter der angeſtalten Clage im grunde nicht in abrede. Vel, Weil Beclagter Clägern den grund ſeiner clage nicht verneinet / dargegen aber vorwendet / daß ſich die Parteyen vor dieſem ein anders vergliechen / welches doch Cläger nicht geſtehet / So iſt auch beclagter dieſe ſeine exception in zeit Sächßiſcher frieſt wie recht darzuthuen pflichtig.

XII.

Forma exceptionum dilatoriarum conſiſtit in proponendi modo. (*a*) Sunt autem regulariter omnes exceptiones dilatoriæ ante ingreſſum & conteſtationem litis proponendæ (*b*) ita, ut in eo differant ab exceptionibus peremtoriis, niſi ſint

sint exceptiones litis ingressum impedientes. (c)

(a) Olim quidem certæ erant & peculiares formæ & verba proponendarum exceptionum & plerumqve per verba si non, extra quam, ac, at, aliàs, nisi. *Vultejus ad tit. Instit. de except. n. 6.* Hodie verò veteri formâ sublatâ, quibuscunque verbis proponi possunt, si summariè procedatur, vel per scripturam, si ordo judiciorum servetur.

(b) *l. exceptionem* 19 *C. de probat. l. penult. & ult. C. de except. Ang. ad rubr. Instit. de except. n.* 13. *Bart. in l. si convenerit. ff. de jurisdict. n.* 3. *Don. lib.* 22. *com. c.* 1. ita, ut iis omissis, reus post judicium acceptum ipsis renunciasse videatur *l. ita demum* 13. *C. de procurat. l. si quidem* 9. *C. de except. c. cum causam* 62. *de appellat. Hilliger. ad Don. d. lib.* 22. *com. c.* 9. *lit. Cc.* nec eas in causa appellationis opponere possit *d. l. ita demum* 13. *& ibi Bald. & Salicet. C. de procurat. Zang. in tr. de except. p.* 2. *c. ult. n.* 4. *&* 6. *Jacob. Schult. obs. forens.* 9. *n.* 7. *Asm. in praxi* §. 13. *c.* 2. *ampl.* 1. & judex ulterius procedendo eas rejicere censeatur *Cacheran. decis.* 142. *n.* 39. *Menoch. in tr. de præsumt. lib.* 2. *præsumt.* 64. in tantum, ut nec minor rusticus mulier aut miles tanquam personæ aliàs specialiter privilegiatæ si non oppositis his exceptionibus litem contestati fuerint, restitutionem obtinere queant *Jas. in d. l si convenerit. ff. de jurisdict. Zang. in tr. de except. p* 2. *c.* 22. *n.* 6. nisi illa exceptio sit magni momenti *Bald. in l. peremtoriis* 2. *C. sentent. rescindi non posse n.* 10. Quod tamen Dd. intelligi volunt de exceptionibus dilatoriis judicii & processus *Marant. in Spec. aur. p.* 6. *membr.* 9. *n.* 7. *Sichard. ad l.* 19. *C. de probat. n.* 9. *Menoch. in tr. de arbitr. judic. quæst. cas.* 240. *n.* 1. *Vultej. in com. ad h. tit. Instit. n.* 23. *Vigel. in method. jur controv. c.* 7. *reg.* 22. quibus solis litis contestatio viam præcludit *Zang. in tr. de except. p.* 2. *c. ult. n.* 3. Unde earum limes ac terminus meritò appellatur *Sich. ad d. l.* 13. *C. de procurat. n.* 2. Non autem de dilatoriis, quæ ex causa proficiscuntur, in quibus non de

personis judicii, sed de facto & jure quæritur *Vultej. ad tit. Instit. hîc d. n.* 23. & merita causæ respiciunt *Wesenbec. in supplem. ad Schneidewin. Instit. h. tit. n.* 9. quas dilatorias solutionis, intentionis, ipsius causæ & rei petitæ Dd. nuncupant *per l. exceptionem* 19. *C. de probat. Azo in summa. C. h. tit. n.* 6. *Sich. ad d. l.* 19. *n.* 5. *Cujac. lib.* 9. *obs.* 23. *Wesenbec. ad tit. C. de except. n.* 9. Exceptiones autem quæ jurisdictionem judicis concernunt, ut incompetentiæ & recusationis suspecti ante omnes alias dilatorias exceptiones sunt proferendæ, cum reus quacunq; exceptione aliâ prius objectâ videatur in judicem consensisse, & vel ipsius jurisdictionem prorogasse *Damhoud. in prax. civil. c.* 120. *n.* 4. vel personam approbasse *Marant. d. membr.* 9. *n.* 9. *Monach. in process. judic. p.* 5. §. *de except.* 6. *c.* 3. *n.* 6. *Mynsing. lib.* 4. *obs.* 27. *&* 59. *Speckhan. cent* 2. *clas* 4. *q.* 3. *n.* 2. Opponi quoque possunt hæ exceptiones in causis summariis libellum non requirentibus statim in primo termino *Matth. Coler. in tr. de process. executiv p.* 4. *c.* 1. *n.* 66. In ordinariis autem judex terminum reo ad opponendas has exceptiones statuere potest, ita, ut elapso præfixo termino reus amplius non audiatur *c. pastoralis* 4. *extr. de except. Wesenbec. in supplem. ad ad Schneidewin. Instit. h. tit. n* 9. *Termin. in suo process. c.* 26. *fol.* 80. *Jacob. Schult. obs.* 8. *n.* 3. *Zang. d. c. ult. n.* 21. *& seq.* ubi statuit, hunc terminum esse peremtorium, licet id non exprimatur per *c. consuluit* 24. *de offic. judic. deleg.* De Jure Saxonico reus statim omnes exceptiones uno eodemq; tempore opponere & litem eventualiter contestari tenetur Constit. Elect. 3. p. 1. Churfürstl. S. Oberhoffgerichts Ord. zu Leipzig *tit.* wie die exceptiones &c. Wittenbergische HoffgerichtsOrd. *eod. tit.* Churfürstl. S. ProceßOrd. *tit.* von den exceptionen 11. Rationem autem hujus constitutionis annectit *Dan. Moller. d. loc. n.* 9. ut nimirum lites & processus judiciorum, quoad ejus fieri possit, abbreviarentur, unde etiam ex *Ordinat. Cam. p.* 3. *tit.* 13. §. *fin. & tit.* 24. mox post oblatum libellum omnes exceptiones exhibendæ *Mynsing. cent.* 5. *obs.* 89. idem quoque in Marchia receptum

2.

ceptum esse testatur *Joachim Schepl. ad consuetud. Marchic. p.2.tit.7.§.5.n.1.* Quæritur hîc, si reus in primo termino non compareat & actor accuset ipsius contumaciam, vnd wird erkant/ daß Beclagter auff die clage zu antworten schuldig/ an tum quoque in secundo termino exceptiones declinatorias vel dilatorias opponere possit? Aff. Limitantur quæ hactenus dicta sunt, nisi hæc exceptio (1) post litem demum contestatam supervenerit & originem sumserit *c. insinuante 21. de offic. deleg. c. pastoralis 4. extr. h. tit. Coras. ad l. 12. §. 1. de acquir. poss. n. 35. Sichard. ad l. 13. C. de procurat. n. 5. Hartm. Pist. obs. 7. n. 3. Marant. in Spec. aur. p. 6. membr. 9. n. 9.* qualis est exceptio recusationis judicis, exceptio spolii & aliæ *Ang. ad rubr. Instit. de except. n. 13 (2.)* si reus demum post litis contestationem ad ipsius notitiam perveniisse, idq; juramento se affirmare posse, contendat *d. c. 4. extr. h. tit. Dan. Moller. ad d. constit. Elect. 3. n. 11.* si & justa facti sit ignorantia & ante conclusionem causæ opponatur *Vigel. in method. jur. controv. lib. 2. c. 7. reg. 22. except. 4. replicat. 2. Hilliger in not. ad Don. lib. 22. com. c. 9. lit. ff. Jacob. Schult. obs. 7. (3.)* si habeat gravamen successivum & durans, qualis est exceptio loci suspecti vel non tuti seu pestilentis & exceptio præjudicialis injustæ incarcerationis *Sichard. ad d. l. 13. n. 6. Gail. lib. 1. obs 52. n. 3. Jacob. Schult. obs. forens. 8. n. 8. Zang. in d. tr. de except. p. 2. c. ult. n. 10. Dan. Moller. lib. 1. semestr. c. 1. Matth. Coler. in tr. de proceff. executiv. p. 4. c. 1. n. 200. (4.)* Si per judicem steterit, ne ante opponeretur *Vultej. ad l. 4. C. de jurisdict. n. 15.* vel si is eam rejecerit, ut post litem contestatam probaretur *Hilliger d. loc. (5.)* Si declinatoria fori pacto vel conventione coarctata vel alterata fuit *Guid. Papæ decis. 275. n. 5. Mynsing. cent. 4. obs. 27. (6.)* Si tertius interveniat lite jam contestatâ, qui adhuc potest exceptiones dilatorias legitimo modo opponere *Gail. lib. 1. obs. 71. n. 8. Cc. in c. exceptionem 12. extr. de except. Mascard. in tr. de probat. concluf. 690. n. 4. vol. 2.* Et denique (7.) si talis esset exceptio dilatoria, quæ judicium redderet retrò nullum, cujusmodi est exceptio judicis planè incompe-

competentis, exceptio excommunicationis, falsi procuratonis *l. licet* 24. *ubi Dd. C. de procurat. Jacob. Schult. obs.* 7. *n.* 3. *c. exceptionem* 12. *de except. & ibi Felin. n.* 28. *Vant. in tr. de nullit. sent. tit.* 9. *& ult. n.* 75. *& seqq.* libelli planè inepti *Vig. d. reg.* 22. *except.* 11. *Noah Meurer in proces. cameral. fol.* 195. *Sichard. ad d. l.* 19. *C. de procurat. n.* 9. Quamvis autem quidam Dd. huc quoque excusionis exceptionem referant, tanquam ei quandocunque ante conclusionem causæ locus sit *Gail. lib.* 2 *obs* 27 *n.*3. *Rosbach. tit.* 43. *n.* 7. *Andr. Schefer p.* 1. *q.* 38. *n.* 2. *Jacob. Schult. obs.* 9. *n.* 21. Contrarium tamen verius est per not. à *Dan. Molier. ad d. constit.* 3. *n.* 7.

(*c*) *per text. in c. exceptionis* 1. *de lit. contest. in* 6. *Matth. Coler. in c. cum venerabilis extr. de except. n.* 68. *Felin. in c. exceptionem extr. de except. n.* 39. *& seq. Matth. Coler. in tr. de proces. executiv. p.* 4. *c.* 1. *n.* 179. *Jacob. Schult. obs* 7 *n.* 15. *& seq.* ProceßOrd. *c.* von den exceptionen. §. Es weren dann dergleichen exceptiones, dummodo ex documentis vel ex confessione partis adversæ liquidæ sint & manifestæ *Dan. Moller. lib.* 1. *semestr. c.* 1. *Pruckman. consil* 43. *n* 4. *vol.* 1. *Menoch. lib.* 1. *de arbitr. judic. quæst. q.* 19. *n.* 18. Aliàs si altiorem indaginem requirant, post litis contestationem solent reservari *Zang. in tr. de except. p.* 3. *c.* 17. *n.* 10. *post Felin. in c. exceptionem. n.* 24. *de except.* qualis est exceptio rei judicatæ, jurisjurandi, præscriptionis, solutionis, acceptilationis, novationis, delegationis, *d. c. exceptionis* 1. *de lit. contest. in* 6. *Matth. Coler. in c. cum venerabilis* 6 *extr. de except. n.* 68. *Wesenbec. in π. de except. n.* 7. ProceßOrd. *d. c.* 11. *Jacob. Schult. obs.* 7. *n.* 18. *& seqq.* exceptio non secuti implementi *Jas. in* § *actionum. n.* 139. *Roland. à Valle consil.* 69. *n.* 13. *vol.* 4. & exceptio actionis non competentis *Felin. in c. exceptionem n.* 34. *Jas. in l. ait Prætor* 7. *ff. de jurejur. n.* 15. *Joh. Ferrar. Montan. in proces. lib.* 1. *c.* 10. Quæ in Electoratu Saxonico etiamsi ante litem contestatam opponantur, semper tamen quod altiorem requirant indaginem & sic liquidæ non sint nec in continenti probari & propterea nec in causis summariis & executivis

cutivis opponi possint *Matth Coler. in tr. de proceff. executiv. p. 4. c. 2. n. 2. & seqq. Hartm. Pist. p. 4. q. 10. n. 17.* rejiciuntur & reo litis contestatio injungitur, licentiâ ipsi concessâ post litem contestatam iis, si velit utendi *Matth. Coler. ad c. cum venerabilis n. 72. & seqq. extr. de except. & in tr. de proceff. executiv. p. 4. c. 1. n. 190.* Unde ita solet pronunciari: Daß Beklagter seines einwendens vngeachtet/ auff die von Clägern erhobene Clage zu antworten / vnd den krieg Rechtens zubefestigen schuldig / Es werden jhme aber seine exceptiones, so viel derer erheblich/ nach der Kriegsbefestigung zerstörlicher weise einzuwenden vnd vorzubringen billich vorbehalten/ V. R. W. *Wesenbec. ad tit. C. de except. n. 10. Dan. Moller. ad d. constit. Elect. 3. p. 1. n. 4.* Quæ reservatio operatur conservativum effectum actus, quod ad omnia, perinde ac si suo tempore factus esset *Zan. in tr. de except. p. 2. c. 22. n. 26.*

XIII.

Finis (*a*) & effectus exceptionum dilatoriarum est, ut judicium & processum aut in totum tollant, qualis est fori declinatoria, (*b*) aut tantummodo differant & suspendant, (*c*) quales sunt, quæ contra personam judicis & litigantium opponuntur, (*d*) vel ex causa negotii principalis descendunt. (*e*)

(*a*) Exceptionum generalis est, quod defendendorum reorum gratiâ comparatæ sint *pr. Instit. h. tit.* ad impugnandam actionem *§. 1. verf. ideoq; Instit. eod. Wesenbec. in com. ad tit. C. de except. n. 11. & in supplem. ad Schneidewin. eod. n.*

(*b*) In declinatoria enim fori hoc agitur, ut actor per aditi

aditi judicis, tanquam incompetentis interlocutionem remittatur ad ordinarium judicem rei & ita judicium prius cœptum prorsus expiret *c. cum Ferrariensis 9. extr. de constit. Joh. Monach. in process. p. 5. §. 6. c. 5. n. 2. Matth. Coler. ad c. 2. & c. dilecti. extr. de except. n. 56.*

(*c*) Unde etiam temporales appellantur, à tempore nimirum, quo durat effectus, non verò à modo proponendi. Temporalis enim exceptio spacio temporis non extinguitur, exempli gr. Si quis ante 30. annos bonis cesserit, non minus exceptione, ne ultra quàm facere potest, conveniatur, juvatur, quam si ante lapsum tanti temporis conventus fuisset.

(*d*) Ut exceptio excommunicationis, exceptio procuratoria, exceptio satisdationis, Guarandæ & similes. *c. intelleximus 7. X. de judic. l. licet 24. & l. ita demum 13. C. de procurat. l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog. Matth. Coler. ad c. 2. & c. dilecti X. de except. d. n. 56.*

(*e*) Cujusmodi est exceptio ineptitudinis & nimiæ generalitatis libelli *c. examinata 15. X. de judic. & similes Matth. Coler. ad c. 2. X. de except. n. 57.*

XIV.

Et hæc de causis exceptiones constituentibus & earum effectibus dicta sufficiant. Contrariatur exceptionibus 1. replicatio, (*a*) 2. statutum exceptionem opponi prohibens (*b*).

(*a*) Quæ est quasi exceptionis exceptio *l. 22. §. 1. ff. de except. Cujac. in ϖ. ff. eod. & Wesenbec. ibid. n. 3.* & quia sequitur naturam actionis uti statuit *Zasius in l. 2. ff. de except. n. 21.*

non

non immeritò exceptio ex parte actionis appellatur *l. 2. §. 1. ff. h. tit. Don. ad l. 3. C. h. tit. n. 1. Petr. Gregor. Tholosan. in syntag. jur. lib. 21. c. 17. n. 2. Dambuder. in prax. civil. c. 142. Hartm. Pist lib. 4. q. 23. n. 39.* Nascitur autem replicatio ut & duplicatio, triplicatio, quadruplicatio ex iisdem causis, ex quibus illæ, quæ propriè exceptiones dicuntur, quare dicta de his, de illis etiam intelligantur. Quemadmodum enim per exceptionem eliditur aut restringitur intentio actoris, ita per replicationem exceptio, per duplicam replica, per triplicam duplica, per quadrupicam triplica *pr. Instit. de replicat.* Ne tamen istæ allegationes in infinitum protendantur modus & finis plerumque constituitur â judice & magistratu. Itaq; ex Constit. Caroli V. laudatissimæ memoriæ in dilatoriis duplicatione, in peremtoriis triplicatione, concludendum est *Monach. in proceß. judic. p. 5. §. 7. n. 4. Coler. ad rubr. X. de except. n. 6.* In foro nostro Saxonico ante litis contestationem tribus *Constit. Elect. 3. p. 1.* Churf. S. Appellat. Ord. *tit.* Vom rechtlichen einbringen *ibi:* Wann auch gleich die Parteien &c. post eam duabus alternis vicibus litigantes allegationes suas proponere tenentur *Constit. Elect. 18. Zobel diff 9. n. 14. Hilliger. ad Don. lib. 22. com. c. 10. lit. d.* & nunquam postrema vice ac in conclusione im Schluß oder letzten Satze sive ea triplica sit, sive quadruplica quicquam novi antea non deductum proferri debet, ac si proferatur, insuper judici habendum *Constit. Elect. 1. & Dan. Moller. ad Constit. 18. n. 4.*

(b) Cum enim actio sit juris civilis inventum *Bart. in l. ex hoc jure 5. n. 9. ff. de just. & jur.* & excludatur per exceptionem *l. 2. ff. de except.* sequitur, quod etiam exceptio tolli vel excludi possit per superiorem habentem potestatem legis condendæ, *Felin. in c. ex parte 2. n. 3. ff. de offic. deleg.* Quid enim prohibet remedium â jure positivo introductum jure alio positivo tolli juxta vulgatum illud, unumquodq; eodem modo dissolvi, quo colligatum est *l. nihil tàm naturale 35. ff. de R. J.* & semper lex posterior derogat priori *l. sed & posteriores 28. ff. de ll. l. pacta novissima 12. C. de pact.* Cujusmodi

statutum est in territorio Saxonico, quo contra debitum liquidum aliæ, quàm solutionis exceptio objici nequit, ita ut executionem remoretur *ordinat. Provincial. tit.* Vom versatzten Brieff vnd Siegel *ibi:* vnd keine andere exception oder außflucht dawider zugelassen werden/ dann wo er beweisen wolte/ daß seinem Brieff vnd Siegel zuvor albereit gnüge geschehen/ & Churfürstl. S. Policey Ord. *tit. Justitien*sachen *art.* 19. *ibi;* oder vergebliche exceptiones dawieder vorzuwenden/ ita ut nec numeratæ pecuniæ exceptionem opponi posse autumet *Dan. Moller. ad Constit. Elect.* 19. *p.* 2. *n.* 59. Hoc autem limitatur procedere in illis exceptionibus, quæ ex eodem instrumento debiti liquidi ab adversario producto oriuntur *Hartm. Pist. lib.* 4. *q.* 10. *n.* 13. veluti, ante diem peti debitum *Coler. d. c.* 1. *n.* 82. & quarum probatio in continenti adfertur *Hartm. Pist. d. q.* 10. *n.* 15. quia tunc præsumtio fraudis, quæ movit statutum, ut excluderet, cessat, item quæ evidentes notoriæ & manifestæ sunt, ex actis apparentes *Matth. Coler. d. c. n.* 46. & deniq; nullitatis & in partis confessione fundatæ *Mynsing. cent.* 6. *obs.* 5. *Matth. Coler. in tr. de process. executiv. p.* 4. *c.* 1. *n.* 84. & similes de quibus consule *Dan. Moller. lib.* 2. *semestr. c.* 18. *& lib.* 4. *c.* 6. *Andr. Rauchbar. q.* 25. *n.* 97. *& seqq. p.* 2. *Hartm. Pist. d. q.* 12. *p.* 4. *Zang. de except. p.* 3. *c.* 26. *n.* 85. *& seqq. & novissimè Matth. Berlich. p.* 1. *concluss.* 57. *n.* 1. *per tot.*

Et hæc pro ratione temporis & instituti carptim atq; extremis labiis libasse sufficiant.

Deo Ter Opt. Max. sit Laus, Honor & Gloria.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0054-4

947

Ad

Clarissimum ac eruditè Doctum

Dn. MICHAELEM LEDERERUM,

J. V. Candidatum dignissimum,

Amicum dilectissimum, Fautorem æternùm honorandum.

MAgnos Magna decent, debentur
Magnaq; Magnis,
Non nisi quærenti digna dabuntur, erunt.
Sic prensas titulum Doctoris, stemmate natus
Præclaro, ornatus dotibus egregiis:
Sic exornaris Jovâ Ductore supremo,
Doctoris titulo: gratulor ergo Tibi.

Συγχαρμοσύνης καὶ Φιλοφιλίας ἕνεκα

fecit

Philippus Jacobus **Lindener**
Numburg: Misnicus.

G 3 *Sunt*

Sunt quibus abstrusas rerum cognosere causas,
Naturæq; Sacra est abdita scire labor:
Sunt qui Stellarum radios, cœliq; meatus,
Atque animo lustrant solis utramq; domum:
Sunt & quos lectis, altis in montibus, herbis,
Pæonia morbos arte levare juvat.
Quas artes superum dono, mortalibus ægris,
Commoda quòd ferrent, credimus esse datas.
At multò bis majus terris Astræa dicavit
Donum, cum nata est cœlica JUSTITIA.
Quæ nec inane chaos, nec lucida sydera Cœli
Spectat, nec vili gramine quærit opes:
Sed regit Imperio populos, & regna gubernat,
Decernitq; bonis præmia, damna malis.
Edocet hæc omnes vitam traducere honestam,
Et cautè monstrat tradere cuiq; suum.
Nec quenquam lædi permittit, protinus ansas
Præcidens cunctas, sedula, nequitiæ.
Unde verecundo depicta est virginis ore,
Provida, quod nullum dedecus ipsa colat.
Cujus dextra gerit gladium, trutinamq; sinistra, ut
Puniat hæc sontes, judicet illa dolos.
Lumina clausa tenet, ne cùm sententia fertur,
Impediat rectum gratia judicium.

Quare

Quare, nata Deo, cunctis virtutibus anteit:
Cultores q; suos laude beare solet.
Cujus amore graves cum tu, LEDERERE, labores,
Pertuleris, meritò percipis inde decus.
Ergo tibi grator, quibus es signandus, honores,
Atque tuis captis optima quæque precor.

Hæc in honorem
Clarissimi & Eximii Dn. MICHAELIS LEDERERI J. V. Candidati, domestici, fautoris & Amici sui æviternum colendi scripsit
Albrecht Friederich von Syborgk/ von Magdeburg.

ACcidit ut petitor videatur justa movere
Natura ast renuat succubuisse reum
Contrà distortos qvare obvia porrigit orbes
Vestigatq; modum qvo valuisse licet
Qvem tibi jam libuit doctè proponere nobis
Optamus qvare præmia grata feras.

stilo currente
D. K. H. W.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0057-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0058-7

Wittenberg, Diss., 1634-39

ULB Halle
3
005 151 511

TA → OL

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0059-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0060-8

1830.

h 2 921
59.
1638 2
24

SACROSANCTA TRIADE
ANNUENTE
ET
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
In celeberrima & Florentißima ad Albim
Academia conſentiente
DISPUTATIONEM JNAUGURALEM
DE

EXCEPTIONI-

BUS DILATORIIS.

SUB PRÆSIDIO
Viri Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi,
Clariſſimi

DN. HENNINGII Groſſen/J.U.D.

Prof. Publ. Curiæ Electoralis & Facultatis Juridicæ nec non Judicii Provincialis per Inferiorem Luſatiam Adſeſſoris longè digniſſimi Illuſtriſſimæq; viduæ Elect. Saxon. in Lichtenburg &c. Conſiliarii graviſſimi, Præceptoris, Promotoris, Patroni & Affinis ſui dilectiſſimi & nunquam intermoriturâ filiali obſervantiâ ſubmiſſè venerandi

PRO SUMMO IN UTROQUE JURE GRADU ET Privilegiis ac Inſignibus Doctoralibus conſequendis.

Publicè examinandam proponit

MICHAEL LEDERERUS VVITTEB.

Ad d. 10 *Maji Horis ante & pomeridianis*
In Acroaterio Majori.

WITTEBERGÆ
Exſcripta Typis JOBI WILHELMI FINCELII,
Anno M DC XXXVIII.

30.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628251-p0061-3